LE BRÉVIAIRE ROMAIN

SUPPLÉMENT I

CONTENANT LES

BULLES DES PAPES PIE V ET PIE X

DIVISIONS DE L'ANNÉE LITURGIQUE

RUBRIQUES GÉNÉRALES DU BRÉVIAIRE

LABERGERIE
PARIS

BULLÆ

PII V ET PII X PP.

PIUS *EPISCOPUS*

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

QUOD *a Nobis postulat ratio pastoralis officii, in eam curam incumbimus, ut omnes, quantum Deo adjutore fieri poterit, sacri Tridentini Concilii decreta exsequantur; ac multo id etiam impensius faciendum intelligimus, cum ea quæ in mores inducenda sunt, maxime Dei gloriam, ac debitum Ecclesiasticarum personarum officium complectuntur. Quo in genere existimamus in primis numerandas esse sacras preces, laudes, et gratias Deo persolvendas, quæ Romano Breviario continentur. Quæ divini Officii formula pie olim ac sapienter a Summis Pontificibus, præsertim Gelasio ac Gregorio primis constituta, a Gregorio autem septimo reformata, cum diuturnitate temporis ab antiqua institutione deflexisset; necessaria visa res est, quæ ad pristinam orandi regulam conformata revocaretur. Alii enim præclaram veteris Breviarii constitutionem, multis locis mutilatam, alii incertis et alienis quibusdam commutatam, deformarunt: plurimi specie Officii commodioris allecti, ad brevitatem novi Breviarii, a Francisco Quignonio tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem Presbytero Cardinale compositi, confugerunt. Quin etiam in provincias paulatim irrepserat prava illa consuetudo, ut Episcopi in Ecclesiis, quæ ab initio communiter cum*

BULLES
DES PAPES PIE V ET PIE X

PIE ÉVÊQUE
SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU
EN PERPÉTUEL SOUVENIR DE CE QUI VA ÊTRE DIT

POUR *obéir aux exigences de notre charge pastorale, nous mettons tous nos soins, à ce que tous, autant que le secours de Dieu le rendra possible, mettent en pratique les décrets du saint Concile de Trente; et nous comprenons que nous devons y apporter plus de zèle encore, quand il s'agit de règles morales intéressant par dessus tout la gloire de Dieu et le service que lui doivent les personnes ecclésiastiques. En ce genre de service, nous pensons devoir mettre en premier lieu les prières sacrées, les louanges et les actions de grâce à Dieu, que contient le Bréviaire Romain. Ces formules de l'Office divin, qui ont été autrefois pieusement et sagement établies par Gélase et Grégoire, puis réformées par Grégoire VII, s'étant écartées, avec le temps, de leur antique ordonnance, il a paru nécessaire de les rappeler à plus de conformité avec l'antique règle de cette prière. Les uns, en effet, ont déformé la célèbre ordonnance du vieux Bréviaire, en y faisant beaucoup de mutilations, d'autres, en y introduisant des modifications de valeur douteuse et étrangères à son esprit. La plupart attirés par l'apparence d'un Office plus commode se sont réfugiés dans la brièveté du Bréviaire composé par François Quignoni, Cardinal Prêtre du titre de Sainte Croix de Jérusalem. Bien plus, dans les provinces, s'est introduite cette mauvaise coutume que les Évêques se fassent chacun leur Bréviaire, alors*

ceteris veteri Romano more Horas canonicas dicere ac psallere consuevissent, privatum sibi quisque Breviarium conficerent, et illam communionem uni Deo, una et eadem formula preces et laudes adhibendi, dissimillimo inter se, ac pene cujusque episcopatus proprio Officio discerperent. Hinc illa tam multis in locis divini cultus perturbatio : hinc summa in Clero ignoratio cæremoniarum ac rituum Ecclesiasticorum, ut innumerabiles Ecclesiarum ministri, in suo munere indecore, non sine magna piorum offensione, versarentur. Hanc nimirum orandi varietatem gravissime ferens, felicis memoriæ Paulus Papa quartus emendare constituerat. Itaque provisione adhibita, ne ulla in posterum novi Breviarii licentia permitteretur, totam rationem dicendi ac psallendi Horas Canonicas ad pristinum morem et institutum redigendam suscepit. Sed eo postea, nondum iis quæ egregie inchoaverat perfectis, de vita decedente, cum a piæ memoriæ Pio Papa quarto Tridentinum Concilium, antea varie intermissum, revocatum esset, Patres in illa salutari reformatione ab eodem Concilio constituta, Breviarium ex ipsius Pauli Papæ ratione restituere cogitarunt. Itaque quidquid ab eo in sacro opere collectum, elaboratumque fuerat, Concilii Patribus Tridentum a prædicto Pio Papa missum est. Ubi cum doctis quibusdam et piis viris a Concilio datum esset negotium, ut ad reliquam cogitationem, Breviarii quoque curam adjungerent, instante jam conclusione Concilii, tota res ad auctoritatem judiciumque Romani Pontificis ex decreto ejusdem Concilii relata est : qui illis ipsis Patribus ad id munus delectis, Romam vocatis, nonnullisque in Urbe idoneis viris ad eum numerum adjunctis, rem perficiendam curavit. Verum eo etiam

qu'au commencement, les Évêques, dans leurs Églises, avaient pour habitude de dire et de chanter les Heures canoniques, en commun avec les autres clercs, à la manière romaine. Presque chaque évêché ayant ainsi son Office particulier, différent des autres, on a brisé la communion de l'unité et de l'identité des formules de prières et de louanges adressées au seul et même Dieu. De là est venue, en tant de lieux, la perturbation du culte divin, de là, dans le clergé, une souveraine ignorance des cérémonies et des rites ecclésiastiques, ignorance telle, que d'innombrables ministres des Églises s'acquittent sans dignité de leur fonction, non sans grand scandale des pieux fidèles. Ne supportant qu'avec peine cette diversité dans la manière de prier, le Pape Paul IV, d'heureuse mémoire, avait résolu d'y remédier. En conséquence, ayant pris la décision de ne plus donner de permission pour de nouveaux Bréviaires, il entreprit de ramener aux coutumes et règles primitives, toute l'ordonnance de la récitation et de la psalmodie des Heures canoniques. Mais il est mort avant d'avoir achevé l'œuvre qu'il avait fort bien commencée. C'est alors que Pie IV, de pieuse mémoire, ayant convoqué de nouveau le Concile de Trente, interrompu pour diverses causes, les Pères du Concile qui avaient décrété cette salutaire réforme, pensèrent à réformer le Bréviaire, d'après le plan du Pape Paul IV. Tout ce que celui-ci avait réuni et élaboré pour ce saint travail fut alors envoyé à Trente, aux Pères du Concile, par le Pape Pie IV. Là, le Concile prit soin que des hommes pieux et doctes ajoutassent à d'autres affaires en délibération, celle du Bréviaire, mais comme on était à la fin de la session du Concile, toute l'affaire fut remise, par décret du même Concile, à l'autorité et au jugement du Pontife romain. Celui-ci, ayant appelé à Rome quelques-uns des Pères mêmes du Concile choisis pour cette charge, et leur ayant adjoint quelques hommes aptes à cet office, prit soin d'achever cette œuvre. Mais lui aussi étant entré dans la voie de toute chair, c'est

viam universæ carnis ingresso, Nos, ita divina disponente clementia, licet immerito ad Apostolatus apicem assumpti, cum sacrum opus, adhibitis etiam ad id aliis peritis viris, maxime urgeremus, magna in Nos Dei benignitate (sic enim accipimus) Romanum hoc Breviarium vidimus absolutum. Cujus ratione dispositionis, ab illis ipsis, qui negotio præpositi fuerant, non semel cognita, cum intelligeremus eos in rei confectione ab antiquis Breviariis nobilium Urbis Ecclesiarum, ac Nostræ Vaticanæ bibliothecæ, non discessisse, gravesque præterea aliquot eo in genere scriptores secutos esse, ac deinde remotis iis quæ aliena et incerta essent, de propria summa veteris divini Officii nihil omisisse : opus probavimus, et Romæ imprimi, impressumque divulgari jussimus. Itaque ut divini hujus operis effectus re ipsa consequatur, auctoritate præsentium tollimus in primis et abolemus Breviarium novum a Francisco Cardinale prædicto editum, et in quacumque Ecclesia, Monasterio, Conventu, Ordine, Militia, et loco virorum et mulierum, etiam exempto, tam a primæva institutione, quam aliter ab hac Sede permissum : Ac etiam abolemus quæcumque alia Breviaria, vel antiquiora, vel quovis privilegio munita, vel ab Episcopis in suis Diœcesibus pervulgata, omnemque illorum usum de omnibus orbis Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Militiis, Ordinibus, et locis virorum et mulierum, etiam exemptis, in quibus alias Officium divinum Romanæ Ecclesiæ ritu dici consuevit, aut debet : illis tamen exceptis, quæ ab ipsa prima institutione, a Sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quæ, vel ipsa institutio, ducentos annos antecedat, aliis certis Breviariis usa fuisse constiterit : quibus ut inveteratum illud jus

Nous qui, élevé sans mérite au faîte de l'Apostolat, avons dû presser beaucoup la réalisation de cette œuvre sainte, en y employant d'autres hommes très experts. Enfin, de par la bonté de Dieu envers Nous (c'est ainsi que nous avons reçu cette faveur), Nous avons vu ce Bréviaire Romain terminé. Ayant pris connaissance à plusieurs reprises de la manière dont les hommes préposés à cette affaire ordonnaient ce Bréviaire et ayant compris que, dans la réalisation de cette œuvre, ils ne se séparaient pas des anciens Bréviaires des nobles Églises de Rome et de notre bibliothèque Vaticane, suivant en outre l'opinion des écrivains autorisés en cette matière, écartant les éléments douteux et étrangers, et n'omettant rien de ce qui appartenait à l'intégrité de l'ancien Office divin, Nous avons approuvé l'œuvre et avons ordonné qu'elle soit imprimée à Rome et qu'imprimée elle soit livrée à la publicité. En conséquence, pour que l'effet de cette œuvre soit réellement atteint, par l'autorité des présentes lettres, nous supprimons d'abord et abolissons le nouveau Bréviaire édité par le précité Cardinal François, et la permission de son usage dans toute l'Église, dans tous les Monastères, Couvents, Ordres, Chevaleries et Maisons d'hommes et de femmes, même jouissant de l'exemption, où cette permission a été donnée par le Saint-Siège, soit dès sa première institution, soit autrement. Nous supprimons aussi tous les autres Bréviaires, soit plus anciens, soit garantis par un privilège quelconque, soit publiés par les Évêques, pour leur diocèse, et en défendons tout usage, dans les Églises, Monastères, Couvents, Chevaleries, Ordres et Maisons d'hommes et de femmes, même jouissant de l'exemption, dans lesquels par ailleurs l'Office divin a coutume d'être dit ou doit être dit, selon le rite de l'Église Romaine. Nous exceptons cependant de cette mesure, ceux dont il sera constant qu'ils se sont servis d'autres Bréviaires bien déterminés, soit avec l'approbation du Siège Apostolique dès le début de leur institution, soit en vertu de la coutume, dans l'un et l'autre cas, depuis

dicendi et psallendi suum Officium non adimimus, sic eisdem, si forte hoc Nostrum, quod modo pervulgatum est, magis placeat, dummodo Episcopus et universum Capitulum in eo consentiant, ut id in Choro dicere et psallere possint, permittimus. Omnes vero, et quascumque Apostolicas et alias permissiones ac consuetudines, et statuta etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia firmitate munita, necnon privilegia, licentias et indulta precandi et psallendi, tam in Choro quam extra illum, more et ritu Breviariorum sic suppressorum, prædictis Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Militiis, Ordinibus et locis, necnon S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, et aliis Ecclesiarum Prælatis, ceterisque omnibus et singulis personis Ecclesiasticis, sæcularibus, et regularibus, utriusque sexus, quacumque causa concessa, approbata, et innovata, quibuscumque concepta formulis, ac decretis, et clausulis roborata, omnino revocamus : volumusque illa omnia vim et effectum de cetero non habere. Omni itaque alio usu quibuslibet, ut dictum est, interdicto, hoc Nostrum Breviarium, ac precandi psallendique formulam in omnibus universi orbis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, et locis etiam exemptis, in quibus Officium ex more et ritu dictæ Romanæ Ecclesiæ dici debet, aut consuevit, salva prædicta institutione, vel consuetudine prædictos ducentos annos superante, præcipimus observari : Statuentes Breviarium ipsum nullo unquam tempore vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omnino detrahendum esse : ac quoscumque, qui Horas Canonicas ex more et ritu ipsius Romanæ Ecclesiæ, jure vel consuetudine dicere vel psallere debent, propositis pœnis per Canonicas sanctio-

plus de deux cents ans. Et de même que Nous ne leur enlevons pas ce droit invétéré de dire et de psalmodier leur Office particulier, ainsi Nous leur permettons, si le nôtre maintenant publié leur plaît davantage, de le dire et de le psalmodier au chœur, pourvu que l'Évêque et tout le Chapitre y consentent. Quant à toutes les permissions apostoliques ou autres, quelles qu'elles soient, et aux coutumes et aux statuts même jurés ou munis d'une confirmation apostolique ou autre, et aussi aux privilèges, licences et indults permettant de prier et de psalmodier, tant au chœur qu'en dehors, selon la manière et le rite des Bréviaires ainsi supprimés, qui auraient été concédés, pour quelque cause que ce soit, approuvés ou renouvelés aux Églises, Monastères, Couvents, Chevaleries, Ordres et lieux précités, et aussi aux Cardinaux de la S. E. R., Patriarches, Archevêques, Évêques, Abbés et autres Prélats des Églises et à toutes les personnes ecclésiastiques, séculières et régulières de l'un et l'autre sexe, Nous les révoquons absolument, quelle que soit la formule sous laquelle ils aient été d'abord rédigés, ou les décrets et clauses qui en aient fortifié la vigueur. Nous voulons que tout cela n'ait plus désormais aucune force ou effet. L'usage de tout autre Bréviaire étant donc interdit, comme il a été dit, à toutes les personnes précitées, Nous ordonnons qu'on suive notre Bréviaire et sa formule de prière et de psalmodie, dans toutes les Églises de l'univers entier, dans les Monastères, Ordres et lieux même exempts, dans lesquels on doit dire ou l'on a coutume de dire l'Office selon la manière et le rite de l'Église Romaine, excepté les cas précités d'institution ou de coutume datant de plus de deux cents ans. Nous statuons que ce Bréviaire en aucun temps ne devra être modifié en tout ou en partie, qu'on n'y ajoutera rien, qu'on n'en retranchera absolument rien et que tous ceux qui doivent dire et psalmodier les Heures Canoniques, selon la coutume et le rite de l'Église Romaine, sous menace d'encourir les peines portées par les sanctions canoni-

nes constitutis in eos, qui divinum Officium quotidie non dixerint, ad dicendum et psallendum posthac in perpetuum Horas ipsas diurnas et nocturnas, ex hujus Romani Breviarii præscripto et ratione omnino teneri : neminemque ex iis, quibus hoc dicendi psallendique munus necessario impositum est, nisi hac sola formula satisfacere posse. Jubemus igitur, omnes et singulos, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, et ceteros Eclesiarum Prælatos, ut omissis quæ sic suppressimus et abolevimus, ceteris omnibus etiam privatim per eos constitutis, Breviarium hoc in suis quisque Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Ordinibus, Militiis, Diœcesibus, et locis prædictis introducant : et tam ipsi quam ceteri omnes presbyteri et clerici, sæculares et regulares, utriusque sexus, necnon milites et exempti, quibus Officium dicendi et psallendi quomodocumque, sicut prædicitur, injunctum est, ut ex hujus nostri Breviarii formula, tam in Choro quam extra illum, dicere et psallere procurent. Quod vero in Rubricis Nostri hujus Officii præscribitur, quibus diebus Officium beatæ Mariæ semper Virginis, et Defunctorum, item Septem Psalmos Pœnitentiales et Graduales dici ac psalli oporteat : Nos propter varia hujus vitæ negotia, multorum occupationibus indulgentes, peccati quidem periculum ab ea præscriptione removendum duximus, verum debito providentiæ pastoralis admoniti, omnes vehementer in Domino cohortamur, ut remissionem Nostram, quantum fieri poterit, sua devotione ac diligentia præcurrentes, illis etiam precibus, suffragiis et laudibus, suæ et aliorum saluti consulere studeant. Atque ut fidelium voluntas ac studium magis etiam ad salutarem hanc consuetudinem incitetur, de omnipotentis Dei mise-

ques contre ceux qui ne disent pas chaque jour l'Office divin, seront désormais absolument tenus à perpétuité de dire et de psalmodier les Heures de jour et de nuit, selon les prescriptions et l'ordonnance de ce Bréviaire Romain, et qu'aucun de ceux auxquels est imposée cette charge de dire et psalmodier l'Office, ne pourra s'en acquitter qu'en se servant de cette seule formule. Nous ordonnons donc à tous et à chacun des Patriarches, Archevêques, Évêques, Abbés et autres Prélats des Églises, que, laissant de côté ce que Nous avons ainsi défendu et supprimé et toutes les prescriptions différentes établies par leur autorité particulière, ils introduisent ce Bréviaire, chacun dans leurs Églises, Monastères, Couvents, Ordres, Chevaleries, Diocèses et lieux précités. Eux-mêmes aussi bien que tous les autres prêtres et clercs, séculiers et réguliers, auxquels il a été ordonné de quelque façon que ce soit de dire et de psalmodier l'Office, ainsi qu'il a été dit, prendront soin de le dire et de le psalmodier d'après la formule de notre Bréviaire, tant au chœur qu'en dehors du chœur. Quant à ce qui est prescrit par les Rubriques de notre Office, au sujet des jours où il faut dire et psalmodier l'office de la Bienheureuse Marie toujours Vierge et celui des Défunts, et de même les sept Psaumes de la Pénitence et les Psaumes Graduels, en considération des diverses affaires de la vie quotidienne et par indulgence pour un grand nombre de clercs très occupés, Nous avons pensé qu'il fallait éloigner de cette prescription le péril de péché; mais, avertis par le devoir de notre providence pastorale, Nous les exhortons grandement dans le Seigneur à ce qu'ils s'appliquent à pourvoir à leur propre salut et à celui des autres, par la récitation de ces prières, suffrages et louanges. Et pour que la bonne volonté des fidèles et leur zèle soient davantage excités à la pratique de cette salutaire coutume, confiants en la miséricorde de Dieu tout-puissant et en l'autorité de ses bienheureux Apôtres Pierre et Paul, Nous accordons à ceux qui, aux jours

ricordia beatorumque Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, qui illis ipsis diebus, in Rubricis præfinitis, beatæ Mariæ, vel Defunctorum Officium dixerint, toties centum dies; qui vero Septem Psalmos, vel Graduales, quinquaginta, de injuncta ipsis pœnitentia relaxamus. Hoc autem concedimus sine præjudicio sanctæ consuetudinis illarum Ecclesiarum, in quibus Officium parvum beatæ Mariæ semper Virginis in Choro dici consueverat, ita ut in prædictis Ecclesiis servetur ipsa laudabilis et sancta consuetudo celebrandi more solito prædictum Officium. Ceterum, ut præsentes litteræ omnibus plenius innotescant, mandamus illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, et Cancellariæ Apostolicæ, et in acie Campi Floræ publicari, earumque exemplar de more affigi. Volumusque, et Apostolica auctoritate decernimus, quod post hujusmodi publicationem, qui in Romana Curia sunt præsentes, statim lapso mense : reliqui vero, qui intra montes, tribus; et qui ultra ubique locorum degunt, sex mensibus excursis, vel cum primum venalium hujus Breviarii voluminum facultatem habuerint, ad precandum et psallendum juxta illius ritum, tam in Choro quam extra illum, maneant obligati. Ipsarum autem litterarum exempla manu Notarii publici, et sigillo alicujus Prælati Ecclesiastici, aut illius curiæ obsignata, vel etiam ipsis voluminibus absque prædicto, vel alio quopiam adminiculo Romæ impressa, eamdem ubique locorum fidem faciant, quam ipsæ præsentes, si essent exhibitæ vel ostensæ. Sed ut Breviarium ipsum ubique inviolatum et incorruptum habeatur, prohibemus, ne alibi usquam in toto orbe, sine Nostra, vel specialis ad id Commissarii Apostolici, in singulis Christiani orbis regnis et provin-

déterminés par les Rubriques, diront l'Office de la bienheureuse Marie et celui des Défunts, autant de fois cent jours d'indulgence sur la pénitence à eux imposée, et cinquante jours à ceux qui diront les Sept Psaumes, ou les Psaumes Graduels. Mais Nous faisons cette concession, sans préjudice de la sainte coutume de ces Églises, dans lesquelles le Petit Office de la bienheureuse Marie toujours Vierge était, de par la coutume, dit au chœur, en sorte que soit conservée dans ces Églises la sainte et louable coutume de célébrer comme d'habitude le dit Office. Et maintenant, pour que les présentes lettres soient plus pleinement connues de tous, Nous ordonnons qu'elles soient publiées aux portes de la Basilique du Prince des Apôtres, en cette ville et à la criée du Champ de Flore, et qu'un exemplaire de ces lettres y soit affiché. Et Nous voulons, et par Notre autorité Apostolique, Nous décrétons, qu'après cette publication, dans le délai d'un mois pour ceux qui sont présents à la Curie Romaine, de trois mois pour ceux qui habitent en deçà des monts, et de six mois pour tous les pays au delà des monts, ou bien dès qu'ils auront la possibilité d'acheter les volumes de ce Bréviaire, tous demeurent obligés de prier et de psalmodier selon son rite, tant au chœur qu'en dehors du chœur. Les exemplaires de ces mêmes lettres signés de la main d'un Notaire public et munis du sceau d'un Prélat ecclésiastique de cette Curie, ou même simplement imprimés à Rome, dans les volumes eux-mêmes, sans la susdite garantie ou autre garantie quelconque, doivent faire foi aussi bien que les présentes lettres, si elles étaient exhibées et montrées. Mais pour qu'on ait partout le Bréviaire lui-même sans aucun changement et sans corruption, Nous défendons que nulle part ailleurs dans tout l'Univers on l'imprime, le mette en vente et on le reçoive, sans notre permission expresse ou celle du Commissaire Apostolique député pour cela, dans tous les royaumes et toutes les provinces du monde chrétien. Nous lions d'une sentence d'excommunication encourue par le fait

ciis deputandi, expressa licentia imprimatur, proponatur, vel recipiatur. Quoscumque vero, quid illud secus impresserint, proposuerint vel receperint, excommunicationis sententia eo ipso innodamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ ablationis, abolitionis, permissionis, revocationis, jussionis, præcepti, statuti, indulti, mandati, decreti, relaxationis, cohortationis, prohibitionis, innodationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Domine MDLXVIII septimo Idus Julii, Pontificatus Nostri anno tertio.

M. dat.

CÆS. GLORIERIUS. H. Cumyn.

ANNO a Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octavo, Indictione undecima, die vero decima quinta mensis Julii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, et D. N. D. Pii divina providentia Papæ quinti anno tertio, retroscriptæ litteræ Apostolicæ lectæ, affixæ et publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Cancellariæ Apostolicæ, et in acie Campi Floræ, dimissis ibidem præsentibus litteris per aliquantulum temporis spatium, ut moris est, affixis, et deinde amotis per nos Julium Parinum et Joannem Bornotum, prælibati Ss. D. N. Papæ Cursores.

ANTONIUS CLERICI,
Magister Cursorum.

même, tous ceux qui l'imprimeraient, le mettraient en vente ou l'accepteraient sans cette permission. Qu'il ne soit donc permis à aucun homme sans exception d'enfreindre ce que Nous avons mis dans cette page, d'ablation, d'abolition, de permission, de révocation, d'ordonnance, de précepte, de statut, d'indult, de mandat, de décret, de rémission, d'exhortation, de prohibition, d'obligation nouvelle et de volonté, ou d'y contredire par téméraire audace. Et si quelqu'un a la présomption de tenter pareille chose, qu'il sache qu'il encourra l'indignation du Dieu tout-puissant et celle de ses bienheureux Apôtres Pierre et Paul.

Donné à Rome auprès de Saint-Pierre en l'année 1568 de l'Incarnation du Seigneur, le sept des Ides de Juin, en la Troisième année de notre Pontificat.

Le Maître de la Daterie.
CÆSAR GLORIERI. H. Cumyn.

En l'année de la Nativité du Seigneur, en l'an quinze cent soixante-huit, Indiction onzième, le quinze du mois de juillet, en la troisième année du Pontificat de notre très saint Père dans le Christ et notre Seigneur en Dieu, Pie V, Pape par la divine Providence, les lettres apostoliques ci-dessus écrites ont été lues, affichées et publiées aux portes de la basilique du Prince des Apôtres en cette ville, à la Chancellerie Apostolique et à la criée du Champ de Flore où on les a laissées affichées pendant un certain espace de temps, selon la coutume, après quoi elles ont été enlevées par nous Jules Parius et Jean Bornoto huissiers patentés de Sa Sainteté Notre Seigneur le Pape.

ANTOINE CLERICI.
Maître des huissiers.

PIUS *EPISCOPUS*
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

DIVINO *afflatu compositos Psalmos, quorum est in sacris litteris collectio, inde ab Ecclesiæ exordiis non modo mirifice valuisse constat ad fovendam fidelium pietatem, qui offerebant* hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus ; *verum etiam ex more jam in vetere Lege recepto in ipsa sacra Liturgia divinoque Officio conspicuam habuisse partem. Hinc illa, quam dicit Basilius, nata* Ecclesiæ vox, *atque psalmodia, ejus* hymnodiæ filia, *ut a decessore Nostro Urbano VIII appellatur,* quæ canitur assidue ante sedem Dei et Agni, *quæque homines, in primis divino cultui addictos docet, ex Athanasii sententia,* qua ratione Deum laudare oporteat quibusque verbis decenter *confiteantur. Pulchre ad rem Augustinus :* Ut bene ab homine laudetur Deus, laudavit se ipse Deus ; et quia dignatus est laudare se, ideo invenit homo, quemadmodum laudet eum.

Accedit quod in Psalmis mirabilis quædam vis inest ad excitanda in animis omnium studia virtutum. Etsi enim omnis nostra Scriptura, cum vetus tum nova, divinitus inspirata utilisque ad doctrinam est, ut scriptum habetur ;... at Psalmorum liber, quasi paradisus omnium reliquorum *(librorum)* fructus in se

1. Hébr., XIII, 15. — 2. Homélie sur le Ps. I, n. 2. — 3. Bulle « *Divinam Psalmodiam* ».

PIE ÉVÊQUE

SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU

EN PERPÉTUEL SOUVENIR DE CE QUI VA ÊTRE DIT

L'INSPIRATION *divine sous laquelle ont été composés les Psaumes dont les Saintes Lettres contiennent la collection leur a non seulement valu d'être, dès les débuts de l'Église, un puissant moyen de réchauffer la piété des fidèles* qui offraient continuellement à Dieu l'hostie de louange, le fruit de lèvres confessant son nom — *c'est vérité constante — mais une coutume déjà reçue dans l'ancienne Loi leur avait assigné une place très importante dans la Liturgie sacrée et l'Office divin. De là est née cette* voix de l'Église [2], *comme dit Basile, cette psalmodie et* fille de son hymnodie [3], *comme l'appelle notre prédécesseur Urbain VIII*, qui est chantée assidûment devant le trône de Dieu et de l'Agneau *et qui, comme le dit Athanase, apprend aux hommes voués au culte divin*, comment il leur faut louer Dieu, et par quelles paroles ils doivent le glorifier comme il convient [4]. *Elle dit bien cela, la parole d'Augustin :* Pour que Dieu soit bien loué par les hommes, Dieu s'est loué lui-même, et ainsi l'homme a trouvé de quelle manière il devait le louer [5].

Il faut ajouter qu'il y a dans les Psaumes une force merveilleuse pour exciter dans les âmes le désir de toutes les vertus. Bien qu'en effet toute notre Écriture, tant celle de l'Ancien que du Nouveau Testament, soit divinement inspirée et utile à la doctrine, en tant que nous avons un document écrit... cependant le livre des Psaumes, comme un jardin contenant les fruits de tous les autres livres, les chante, et de plus,

4. Lettre à Marcellin sur l'interprétation des Psaumes, n. 10. — 5. Sur le Ps. CXLIV, n. 1 .

continens, cantus edit, et proprios insuper cum ipsis inter psallendum exhibet. *Hæc iterum Athanasius, qui recte ibidem addit :* Mihi quidem videtur, psallenti Psalmos esse instar speculi, ut et seipsum et proprii animi motus in ipsis contempletur, atque ita affectus eos recitet. *Itaque Augustinus in Confessionibus :* Quantum, *inquit,* flevi in hymnis et canticis tuis suave sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter ! Voces illæ influebant auribus meis et eliquabatur veritas in cor meum et exæstuabat inde affectus pietatis et currebant lacrimæ et bene mihi erat cum eis. *Etenim, quem non moveant frequentes illi Psalmorum loci, in quibus de immensa majestate Dei, de omnipotentia, de inenarrabili justitia aut bonitate aut clementia de ceterisque infinitis laudibus ejus tam alte prædicatur ? Cui non similes sensus inspirent illæ pro acceptis a Deo beneficiis gratiarum actiones, aut pro exspectatis humiles fidentesque preces, aut illi de peccatis clamores pœnitentis animæ ? Quem non admiratione psaltes perfundat, cum divinæ benignitatis munera in populum Israël atque in omne hominum genus profecta narrat, cumque cælestis sapientiæ dogmata tradit ? Quem denique non amore inflammet adumbrata studiose imago Christi Redemptoris, cujus quidem Augustinus* vocem in omnibus Psalmis vel psallentem, vel gementem, vel lætantem in spe, vel suspirantem in re *audiebat ?*

Jure igitur optimo provisum est antiquitus, et per decreta Romanorum Pontificum, et per canones Conci-

1. Lettre à Marcellin déjà citée, n. 2. — 2. Op. cit. n. 12.

au cours de la psalmodie, ajoute à ces fruits, les siens propres[1]. *Ainsi parle encore Athanase qui, au même endroit, ajoute avec raison :* En vérité il me semble qu'à celui qui psalmodie, les Psaumes sont comme un miroir, pour que contemplant en eux, et lui-même et les mouvements de son propre cœur, il les récite en ces sentiments[2]. *C'est pourquoi Augustin dit dans ses Confessions :* Combien j'ai pleuré en vos hymnes et vos cantiques, vivement ému par la suave résonnance des voix de votre Église. Tandis que ces voix pénétraient dans mes oreilles, la vérité se glissait dans mon cœur et les sentiments de la piété y bouillonnaient et les larmes coulaient et je m'en trouvais bien[3]. *En effet quel est celui qui ne serait pas ému des fréquents passages des Psaumes où l'on dit en langage si élevé l'infinie majesté de Dieu, sa toute-puissance, son inénarrable justice, ou bonté ou clémence et ses autres titres à d'infinies louanges ? A qui donc n'inspireraient pas de semblables sentiments leurs actions de grâces pour les bienfaits reçus, leurs prières humbles et confiantes pour les biens attendus, et leurs cris de l'âme pénitente au sujet des péchés ? Quel est celui que le psalmiste ne pénétrerait pas d'admiration, quand il raconte les dons de la divine bonté prodigués au service d'Israël et de tout le genre humain, ou quand il expose les enseignements de la divine sagesse ? Qui donc ne se sentirait pas enflammé d'amour devant l'image soigneusement esquissée du Christ Rédempteur dont Augustin,* dans tous les Psaumes, entendait la voix, chantant ou gémissant, se réjouissant dans l'espérance ou soupirant sur la présente réalité[4].

C'est donc à bon droit que, dans les temps anciens, il avait été décidé, tant par les décrets des Pontifes Romains, que par les canons des Conciles et par les lois monastiques, que les clercs tant réguliers que sécu-

3. L. IX, chap. 6. — 4. Sur le Ps. XLII, n. 1.

liorum, et per monasticas leges, ut homines ex utroque clero integrum Psalterium per singulas hebdomadas concinerent vel recitarent. Atque hanc quidem legem a patribus traditam decessores Nostri S. Pius V, Clemens VIII, Urbanus VIII in recognoscendo Breviario Romano sancte servarunt. Unde etiam nunc Psalterium intra unius hebdomadæ spatium recitandum foret integrum, nisi mutata rerum conditione talis recitatio frequenter impediretur.

Etenim procedente tempore continenter crevit inter fideles eorum hominum numerus, quos Ecclesia, mortali vita defunctos, cælicolis accensere et populo christiano patronos et vivendi duces consuevit proponere. In ipsorum vero honorem Officia de Sanctis sensim propagari cœperunt, unde fere factum est, ut de Dominicis diebus deque Feriis Officia silerent, ideoque non pauci neglegerentur Psalmi, qui sunt tamen, non secus ac ceteri, ut Ambrosius ait, benedictio populi, Dei laus, plebis laudatio, plausus omnium, sermo universorum, vox Ecclesiæ, fidei canora confessio, auctoritatis plena devotio, libertatis lætitia, clamor jucunditatis, lætitiæ resultatio. *De hujusmodi autem omissione non semel graves fuerunt prudentum piorumque virorum querimoniæ, quod non modo hominibus sacri ordinis tot subtraherentur præsidia ad laudandum Dominum et ad intimos animi sensus ei significandos aptissima : sed etiam quod optabilis illa in orando varietas desideraretur, ad digne, attente, devote precandum imbecillitati nostræ quam maxime opportuna. Nam, ut Basilius*

1. Littéralement : *du changement des choses.* Nous avons précisé.

liers, chanteraient ou réciteraient tout le Psautier, chaque semaine. Et cette loi traditionnelle de nos pères, nos prédécesseurs S. Pie V, Clément VIII, Urbain VIII, dans leur révision du Bréviaire Romain, l'ont saintement conservée. D'où, maintenant encore, le Psautier devrait être intégralement récité, si par suite des modifications du calendrier[1], *une telle récitation n'était pas souvent empêchée.*

C'est qu'en effet, avec le temps, il y a eu une augmentation continue, parmi les fidèles, du nombre des hommes que l'Église, après leur mort, a pris l'habitude d'ajouter à la liste des saints du ciel et de proposer au peuple chrétien comme patrons et modèles de vie. En leur honneur, les Offices Sanctoraux se sont peu à peu multipliés, si bien qu'il est arrivé que les Offices des Dimanches et des Féries ont été presque supprimés. Il s'en est suivi qu'on laisse de côté beaucoup de Psaumes qui sont cependant, non moins que les autres, comme le dit S. Ambroise, la bénédiction du peuple, la louange de Dieu, le chant de louange du peuple, l'applaudissement de tous, la parole de tous, la voix de l'Église, la mélodieuse confession de la foi, une dévotion pleine d'autorité, la joie de la liberté, le cri du bonheur, la résonnance de la joie[2]. *De cette omission, les hommes prudents et pieux se sont plus d'une fois sérieusement plaint, regrettant non seulement qu'aux hommes entrés dans les Ordres sacrés soient ainsi retirés tant de moyens très aptes à les aider à louer le Seigneur et à lui manifester les sentiments intimes du cœur, mais aussi que leur manque cette variété désirable dans la prière, qui, avec une souveraine opportunité, aide notre faiblesse à prier dignement, attentivement et dévotement.* En effet, *comme le dit Basile :* dans la monotonie, souvent, je ne sais comment, l'esprit se refroidit et tout en étant présent, il est

2. Exposition du Ps. I, n. 9.

habet, in æqualitate torpescit sæpe, nescio quomodo, animus, atque præsens absens est : mutatis vero et variatis psalmodia et cantu per singulas horas, renovatur ejus desiderium et attentio instauratur.

Minime igitur mirum, quod complures e diversis orbis partibus sacrorum Antistites sua in hanc rem vota ad Apostolicam Sedem detulerunt, maximeque in Concilio Vaticano, cum hoc inter cetera postularunt, ut, quoad posset, revocaretur consuetudo vetus recitandi per hebdomadam totum Psalterium, ita tamen ut clero, in sacri ministerii vinea ob imminutum operariorum numerum jam gravius laboranti, non majus imponeretur onus. Hisce vero postulationibus et votis, quæ Nostra quoque ante susceptum Pontificatum fuerant, itemque precibus, quæ deinceps ab aliis Venerabilibus Fratribus piisque viris admotæ sunt, Nos equidem concedendum duximus, cauto tamen, ne recitatione integri Psalterii hebdomadæ spatio conclusa, ex una parte quicquam de Sanctorum cultu decederet, neve ex altera molestius Divini Officii onus clericis, immo temperatius evaderet. Quapropter, implorato suppliciter Patre luminum, *corrogatisque in id ipsum suffragiis sanctarum precum, Nos vestigiis insistentes decessorum Nostrorum, aliquot viros delegimus doctos et industrios, quibus commisimus, ut consiliis studiisque collatis certam aliquam reperirent rei efficiendæ rationem, quæ Nostris optatis responderet. Illi autem commissum sibi munus e sententia exsequentes novam Psalterii dispositionem elaborarunt; quam cum S. R. E. Cardinales sacris ritibus cognoscendis præpositi diligenter consideratam probassent, Nos, utpote cum mente Nostra admodum congruentem, ratam habui-*

absent ; au contraire, par les modifications et la variété du chant à chaque heure, son désir est renouvelé et son attention, ranimée[1].

Il n'y a donc rien d'étonnant à ce que plusieurs prélats, préposés aux choses sacrées, aient envoyé au Siège Apostolique, de diverses parties du monde, leurs vœux à ce sujet, surtout pendant le Concile du Vatican. On y a demandé entre autres choses, qu'autant qu'on le pourrait, fût rappelée l'ancienne coutume de réciter tout le Psautier pendant la semaine, sans que cependant on imposât une charge plus lourde au clergé qui, à raison du plus petit nombre des ouvriers, est plus lourdement chargé par son travail dans la vigne du Seigneur. A ces demandes, qui avaient été nôtres avant que nous n'ayons reçu le Pontificat, et aussi aux prières qui nous ont été adressées par d'autres Vénérables Frères et par de pieux fidèles, nous avons pensé qu'il fallait faire droit, avec prudence cependant, de telle sorte que, par la récitation de tout le Psautier, dans l'espace limité d'une semaine, d'une part le culte des Saints ne souffrît aucun dommage, et que d'autre part, la charge de l'Office Divin ne fût pas aggravée pour les Clercs, mais plutôt modérée. C'est pourquoi, après avoir imploré par nos supplications, le secours du Père des lumières, *et avoir demandé, à cette même intention, les suffrages de saintes prières, suivant les traces de nos prédécesseurs, nous avons choisi quelques hommes doctes et habiles auxquels nous avons confié la charge de trouver, après avoir étudié et mis en délibération cette affaire, quelque moyen précis de réaliser ce que nous souhaitions. Ces hommes choisis, s'acquittant de la charge que nous leur avions confiée, ont élaboré la nouvelle disposition du Psautier, que les Cardinaux de la S. E. R., préposés aux rites sacrés ont approuvée, après l'avoir examinée avec soin. C'est alors que la*

1. Explication plus développée de la Règle, Q. 37, n. 5

mus in rebus omnibus, id est, quod ad ordinem ac partitionem Psalmorum, ad Antiphonas, ad Versiculos ad Hymnos attinet cum suis Rubricis et Regulis, ejusque editionem authenticam in Nostra typographia Vaticana adornari et indidem evulgari jussimus.

Quoniam vero Psalterii dispositio intimam quamdam habet cum omni Divino Officio et Liturgia conjunctionem, nemo non videt, per ea, quæ hic a Nobis decreta sunt, primum Nos fecisse gradum ad Romani Breviarii et Missalis emendationem : sed super tali causa proprium mox Consilium seu Commissionem, ut ajunt, eruditorum constituemus. Interim, opportunitatem hanc nacti, nonnulla jam in præsenti instauranda censuimus, prout in appositis Rubricis præscribitur : atque imprimis quidem ut in recitando Divino Officio Lectionibus statutis sacræ Scripturæ cum Responsoriis de tempore occurrentibus debitus honor frequentiore usu restitueretur ; dein vero ut in sacra Liturgia Missæ antiquissimæ de Dominicis infra annum et de Feriis, præsertim quadragesimalibus, locum suum recuperarent.

Itaque, harum auctoritate litterarum ante omnia Psalterii ordinem, qualis in Breviario Romano hodie est, abolemus ejusque usum, inde a Kalendis Januariis anni millesimi nongentesimi decimi tertii, omnino interdicimus. Ex illo autem die in omnibus ecclesiis Cleri sæcularis et regularis, in monasteriis, ordinibus, congregationibus, institutisque religiosorum ab omnibus et singulis, qui ex officio aut ex consuetudine Horas canonicas juxta Breviarium Romanum, a S. Pio V editum

1. Cette Commission a été instituée par le *Motu proprio* du

voyant en conformité parfaite avec nos intentions, Nous l'avons ratifiée dans tous ses éléments, c'est-à-dire, quant à l'ordre et au partage des Psaumes, quant aux Antiennes, aux Versets, aux Hymnes, à leurs Rubriques et à leurs Règles, et Nous avons ordonné que l'édition authentique de ce travail fut préparée dans notre typographie Vaticane et ensuite livrée à la publicité.

Mais comme la disposition du Psautier est en conjonction intime avec l'Office Divin tout entier et la Liturgie, chacun voit qu'en portant ce décret, Nous avons fait un premier pas vers une correction du Bréviaire et du Missel Romains; mais pour une telle affaire, Nous établirons bientôt un Conseil spécial ou, comme on dit, une Commission d'érudits[1]*. En attendant, profitant de cette occasion opportune, Nous avons pensé que dès maintenant il y avait quelques renouvellements à faire, ceux que les Rubriques jointes à cette Lettre prescrivent, en sorte que d'abord dans la récitation de l'Office Divin, on rende aux Leçons d'Écriture Sainte prescrites, avec leurs Répons du Temps occurrent, l'honneur qui leur est dû, en en faisant un plus fréquent usage, et qu'ensuite, dans la Liturgie, les très antiques Messes des Dimanches de l'année, et des Féries, surtout des Féries quadragésimales, retrouvent leur place.*

C'est pourquoi, par l'autorité de ces Lettres, Nous abolissons tout d'abord l'ordre des Psaumes tel qu'il est aujourd'hui dans le Bréviaire Romain et Nous en interdisons l'usage, à partir des Kalendes de Janvier dix-neuf cent treize. Nous ordonnons qu'à partir de cette date, dans toutes les églises du Clergé séculier et régulier, dans les Monastères, Ordres, Congrégations et Instituts de religieux, tous et chacun de ceux qui, d'office ou par coutume, récitent les Heures canoni-

30 septembre 1930. Cf. Épilogue, à la fin du SUPPLÉMENT II.

et a Clemente VIII, Urbano VIII, Leone XIII recognitum, persolvunt, novum Psalterii ordinem, qualem Nos cum suis Regulis et Rubricis approbavimus typisque Vaticanis vulgandum decrevimus, religiose observari jubemus. Simul vero pœnas in jure statutas iis denuntiamus, qui suo officio persolvendi quotidie Horas canonicas defuerint; qui quidem sciant se tam gravi non satisfacturos officio nisi Nostrum hunc Psalterii ordinem adhibeant.

Omnibus igitur Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus ceterisque ecclesiarum Prælatis, ne Cardinalibus quidem Archipresbyteris patriarchalium Urbis basilicarum exceptis, mandamus, ut in sua quisque diœcesi, ecclesia vel cœnobio Psalterium cum Regulis et Rubricis, quemadmodum a Nobis dispositum est, constituto tempore inducendum curent : quod Psalterium quasque Regulas et Rubricas etiam a ceteris omnibus, quoscumque obligatio tenet recitandi vel concinendi Horas canonicas, inviolate adhiberi ac servari præcipimus. Interim autem cuilibet et capitulis ipsis, modo id major capituli pars sibi placere ostenderit, novum Psalterii ordinem, statim post ejus editionem, rite usurpare licebit.

Hæc vero edicimus, declaramus, sancimus, decernentes has Nostras litteras validas et efficaces semper esse ac fore; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, generalibus et specialibus, ceterisve quibusve in contrarium facientibus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostræ abolitionis, revocationis, permissionis, jussionis, præcepti, statuti, indulti, mandati et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario

ques, d'après le Bréviaire Romain édité par S. Pie V et révisé par Clément VIII, Urbain VIII et Léon XIII, observent religieusement le nouvel ordre du Psautier, avec ses Règles et ses Rubriques, tel que Nous l'avons approuvé et fait publier par l'imprimerie Vaticane. Nous dénonçons en même temps, les peines établies par le droit à tous ceux qui manqueraient à leur devoir de réciter chaque jour les Heures canoniques; qu'ils sachent bien qu'ils manqueraient à un si grave devoir, s'ils ne se servaient pas de cette disposition que Nous avons donnée au Psautier.

Ainsi donc à tous les Patriarches, Archevêques, Évêques, Abbés et autres Prélats des Églises, sans excepter les Cardinaux Archiprêtres des basiliques patriarcales de Rome, Nous mandons que chacun dans son diocèse, son église ou couvent prenne soin d'introduire, pour la date fixée, le Psautier avec ses Règles et ses Rubriques, tel que Nous l'avons organisé. Ce Psautier, Nous ordonnons qu'il soit employé et que ses Règles et Rubriques soient observées inviolablement par tous ceux, quels qu'ils soient, qui ont l'obligation de réciter ou de chanter les Heures canoniques. Mais en attendant il sera permis à quiconque le voudra, même aux Chapitres, pourvu que la majorité du Chapitre ait donné son agrément, de prendre légitimement la nouvelle ordonnance du Psautier, aussitôt après son édition.

Tel est ce que Nous édictons, déclarons, sanctionnons, décrétant que Nos présentes lettres sont et seront toujours valides et efficaces, nonobstant toutes constitutions et ordinations apostoliques, générales ou spéciales, ou toutes les autres dispositions qui leur seraient contraires. Qu'à aucun homme il ne soit donc permis d'enfreindre ce qu'il y a en notre présente page, d'abolition, de révocation, de permission, d'ordonnance, de précepte, de statut, d'indult, de mandat et de volonté ou

contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo nongentesimo undecimo, Kalendis Novembribus in festo Sanctorum omnium, Pontificatus Nostri anno nono.

A. Card. AGLIARDI
S. R. E. Cancellarius
Loco ✠ Plumbi

Fr. S. Card. MARTINELLI
S. R. C. Præfectus.

VISA
M. RIGGI C. A., Not.
Reg. in Canc. Ap. N. 571.

d'y contredire par téméraire audace. Que si quelqu'un est assez téméraire pour le tenter, qu'il sache qu'il encourera l'indignation du Dieu tout-puissant et des bienheureux Apôtres Pierre et Paul.

Donné à Rome auprès de Saint-Pierre, en l'année de l'Incarnation du Seigneur, mil neuf cent onze, aux Kalendes de Novembre, en la fête de tous les Saints, neuvième de notre Pontificat.

A. CARD. AGLIARDI FR. S. CARD. MARTINELLI
Chancelier de la S. E. R. *Préfet de la S. C. R.*

VISA
M. RIGGI C. A., Notaire
Enregistré à la Chancellerie Apostolique. N. 571.

DE ANNO
ET EJUS PARTIBUS

Annus menses habet duodecim, hebdomadas duas et quinquaginta, et diem unum : dies vero trecentos sexaginta quinque, et fere sex horas ; tanto enim temporis intervallo sol Zodiacum perlustrat. Quater autem sex horæ singulis quaternis annis diem constituunt ; hinc annus ille intercalaris, Bissextus vel Bissextilis dicitur.

DE ANNI CORRECTIONE EJUSQUE NECESSITATE AC KALENDARIO GREGORIANO

Quod dictum est, annum continere trecentos et sexaginta quinque dies, et fere sex horas, intelligendum est sex horas non esse integras, cum ad earum complementum aliqua minuta deficiant.

Ex quorum minutorum neglectu progressum est, ac si annus ultra dies 365 contineret integras sex horas : et factum est, ut minuta, quæ ultra debitam quantitatem annis singulis tribuebantur, tractu temporis ita excreverint, ut invicem juncta constituerint dies decem ; qui causam dederunt ut Æquinoctium vernum sedem suam mutaverit.

Cui malo occurrens Gregorius XIII, non solum Æquinoctium vernum restituit in pristinam sedem, a qua jam a Concilio Nicæno, decem circiter diebus in anno correctionis 1582 præcedendo recesserat, quod a Concilio ad xij Kalendas Aprilis fuerat constitutum, et xiv Lunam Paschalem suo in loco reposuit ; sed viam quoque tradidit et rationem, qua caveretur ut in posterum et Æquinoctium vernum et xiv Luna Paschalis a propriis sedibus numquam removerentur.

Ut enim Æquinoctium vernum ad xij Kalendas Aprilis restitueretur, statuit ut dicti decem dies in mense Octobris ipsius anni 1582 eximerentur ; ut post quartam diem Octobris sancto Francisco sacram, sequens dies non esset quinta, sed decima quinta Octobris. Et ita error qui in præteritum tot annorum circulis irrepserat, in momento temporis fuit correctus.

---

1. Dans le Propre du Temps, l'année ecclésiastique est divisée en 53 semaines; mais souvent il n'y en a que 52 ; dans le Calendrier des Saints on suit l'année civile. Pour l'Office divin on considère l'Avent comme début de l'année, et l'Avent commence au Dimanche le plus proche de la Fête de saint André, ou tombant en ce 30 Novembre.

2. Chez les Romains le mois était divisé en trois parties : les *Calendes*, les *Ides* et les *Nones*. Les Calendes tombaient le 1er, les Ides le 13 ou le 15 (le 15 des mois de Mars, Mai, Juillet et Octobre et le 13 des autres mois) et les Nones le neuvième jour avant les Ides. (Les Nones étaient donc tantôt le cinquième, tantôt le septième jour du mois). Des Calendes aux Nones, il y avait quatre jours en Janvier, Février, Avril, Juin, Août, Septembre

DE L'ANNÉE
ET DE SES PARTIES

L'Année[1] a 12 mois, 52 semaines et un jour, c'est-à-dire 365 jours et presque 6 heures : car c'est dans cet intervalle de temps que le soleil parcourt le zodiaque. Or, quatre fois 6 heures tous les quatre ans font un jour. De là, l'année intercalaire qu'on appelle bissexte ou bissextile.

DE LA CORRECTION DE L'ANNÉE
DE SA NÉCESSITÉ
ET DU CALENDRIER GRÉGORIEN

Ce qui vient d'être dit, que l'année contient 365 jours et presque 6 heures, fait comprendre que les 6 heures ne sont pas entières, puisqu'il manque quelques minutes pour être complètes.

Négligeant ces minutes, on procéda comme si l'année renfermait, outre les 365 jours, 6 heures entières ; et il arriva que ces minutes, données en trop chaque année, se multiplièrent avec le temps au point de former 10 jours, et de changer la date de l'équinoxe du printemps.

10	xvij	b	23	9	27	5	15	26	27	27 Nov.
	xvj	c	24	10	28	6	16	27	27	28
18	xv	d	25	11	29	7	17	28	27	29
7	xiv	e	26	12	30	8	18	29	27	30
	xiij	f	27	13	31	9	19	30	27	1 Dec.
15	xij	g	28	14	1Avr.	10	20	31	27	2
4	xj	A	29	15	2	11	21	1 Jun.	27	3
	x	b	30	16	3	12	22	2	26	27 Nov.
12	ix	c	31	17	4	13	23	3	26	28
1	viij	d	1Feb.	18	5	14	24	4	26	29
	vij	e	2	19	6	15	25	5	26	30
9	vj	f	3	20	7	16	26	6	26	1 Dec.
	v	g	4	21	8	17	27	7	26	2
17	iv	A	5	22	9	18	28	8	26	3
6	iij	b	6	23	10	19	29	9	25	27 Nov.
	ij	c	7	24	11	20	30	10	25	28
14	j	d	8	25	12	21	31	11	25	29
3	*	e	9	26	13	22	1 Jun.	12	25	30
	xxix	f	10	27	14	23	2	13	25	1 Dec.
11	xxviij	g	11	28	15	24	3	14	25	2
	xxvij	A	12	1Mar.	16	25	4	15	25	3
19	25 xxvj	b	13	2	17	26	5	16	24	27 Nov.
8	xxv xxiv	c	14	3	18	27	6	17	24	28
		d	15	4	19	28	7	18	24	29
		e	16	5	20	29	8	19	24	30
		f	17	6	21	30	9	20	24	1 Dec.
		g	18	7	22	31	10	21	24	2
		A	19	8	23	1 Jun.	11	22	24	3
		b	20	9	24	2	12	23	23	27 Nov.
		c	21	10	25	3	13	24	23	28

TABLE PASCALE ANCIENNE RÉFORMÉE

NOMBRE D'OR	CYCLE DES ÉPACTES	LETTRE DOMINICALE	SEPTUAGÉSIME	CENDRES	PAQUES	ASCENSION	PENTECÔTE	FÊTE-DIEU	DIMANCHE APRÈS LA PENTECÔTE	1er DIMANCHE DE L'AVENT
16	XXIII		Janv.	Fév.	Mars	Avril	Mai	Mai		
5	XXII	d	18	4	22	30	10	21	28	29 Nov.
	XXI	e	19	5	23	1 Mai	11	22	28	30
13	XX	f	20	6	24	2	12	23	28	1 Déc.
2	XIX	g	21	7	25	3	13	24	28	2
	XVIII	A	22	8	26	4	14	25	28	3
10	XVII	b	23	9	27	5	15	26	27	27 Nov.
	XVI	c	24	10	28	6	16	27	27	28
18	XV	d	25	11	29	7	17	28	27	29
7	XIV	e	26	12	30	8	18	29	27	30
	XIII	f	27	13	31	9	19	30	27	1 Déc.
15	XII	g	28	14	1 Avr	10	20	31	27	2
4	XI	A	29	15	2	11	21	1 Juin	27	3
	X	b	30	16	3	12	22	2	26	27 Nov.
12	IX	c	31	17	4	13	23	3	26	28
1	VIII	d	1 Fév.	18	5	14	24	4	26	29
	VII	e	2	19	6	15	25	5	26	30
9	VI	f	3	20	7	16	26	6	26	1 Déc.
	V	g	4	21	8	17	27	7	26	2
17	IV	A	5	22	9	18	28	8	26	3
6	III	b	6	23	10	19	29	9	25	27 Nov.
	II	c	7	24	11	20	30	10	25	28
14	I	d	8	25	12	21	31	11	25	29
3	*	e	9	26	13	22	1 Juin	12	25	30
	XXIX	f	10	27	14	23	2	13	25	1 Déc.
11	XXVIII	g	11	28	15	24	3	14	25	2
	XXVII	A	12	1 Mar	16	25	4	15	25	3
19	25 XXVI	b	13	2	17	26	5	16	24	27 Nov.
8	xxv XXIV	c	14	3	18	27	6	17	24	28
		d	15	4	19	28	7	18	24	29
		e	16	5	20	29	8	19	24	30
		f	17	6	21	30	9	20	24	1 Déc.
		g	18	7	22	31	10	21	24	2
		A	19	8	23	1 Juin	11	22	24	3
		b	20	9	24	2	12	23	23	27 Nov.
		c	21	10	25	3	13	24	23	28

TABULA PASCHALIS NOVA REFORMATA

LITT. DOMIN.	CYCLUS EPACTARUM	SEPTUAGESIMA	DIES CINERUM
D	23.	18 Januarii	4 Februarii
	22. 21. 20. 19. 18. 17. 16.	25 Januarii	11 Februarii
	15. 14. 13. 12. 11. 10. 9.	1 Februarii	18 Februarii
	8. 7. 6. 5. 4. 3. 2.	8 Februarii	25 Februarii
	1. *. 29. 28. 27. 26. XXV 25. 24.	15 Februarii	4 Martii
E	23. 22.	19 Januarii	5 Februarii
	21. 20. 19. 18. 17. 16. 15.	26 Januarii	12 Februarii
	14. 13. 12. 11. 10. 9. 8.	2 Februarii	19 Februarii
	7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.	9 Februarii	26 Februarii
	*. 29. 28. 27. 26. XXV 25. 24.	16 Februarii	5 Martii
F	23. 22. 21.	20 Januarii	6 Februarii
	20. 19. 18. 17. 16. 15. 14.	27 Januarii	13 Februarii
	13. 12. 11. 10. 9. 8. 7.	3 Februarii	20 Februarii
	6. 5. 4. 3. 2. 1. *.	10 Februarii	27 Februarii
	29. 28. 27. 26. XXV 25. 24.	17 Februarii	6 Martii
G	23. 22. 21. 20.	21 Januarii	7 Februarii
	19. 18. 17. 16. 15. 14. 13.	28 Januarii	14 Februarii
	12. 11. 10. 9. 8. 7. 6.	4 Februarii	21 Februarii
	5. 4. 3. 2. 1. *. 29.	11 Februarii	28 Februarii
	28. 27. 26. XXV 25. 24.	18 Februarii	7 Martii
A	23. 22. 21. 20. 19.	22 Januarii	8 Februarii
	18. 17. 16. 15. 14. 13. 12.	29 Januarii	15 Februarii
	11. 10. 9. 8. 7. 6. 5.	5 Februarii	22 Februarii
	4. 3. 2. 1. *. 29. 28.	12 Februarii	1 Martii
	27. 26. XXV 25. 24.	19 Februarii	8 Martii
B	23. 22. 21. 20. 19. 18.	23 Januarii	9 Februarii
	17. 16. 15. 14. 13. 12. 11.	30 Januarii	16 Februarii
	10. 9. 8. 7. 6. 5. 4.	6 Februarii	23 Februarii
	3. 2. 1. *. 29. 28. 27.	13 Februarii	2 Martii
	26. XXV 25. 24.	20 Februarii	9 Martii
C	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17.	24 Januarii	10 Februarii
	16. 15. 14. 13. 12. 11. 10.	31 Januarii	17 Februarii
	9. 8. 7. 6. 5. 4. 3.	7 Februarii	24 Februarii
	2. 1. *. 29. 28. 27. 26. XXV	14 Februarii	3 Martii
	25. 24.	21 Februarii	10 Martii

TABLE PASCALE NOUVELLE RÉFORMÉE

LETTRE DOMINIC.	CYCLE DES ÉPACTES	SEPTUAGÉSIME	CENDRES
D	23.	18 Janvier	4 Février
	22. 21. 20. 19. 18. 17. 16.	25 Janvier	11 Février
	15. 14. 13. 12. 11. 10. 9.	1 Février	18 Février
	8. 7. 6. 5. 4. 3. 2.	8 Février	25 Février
	1. *. 29. 28. 27. 26. XXV 25. 24.	15 Février	4 Mars
E	23. 22.	19 Janvier	5 Février
	21. 20. 19. 18. 17. 16. 15.	26 Janvier	12 Février
	14. 13. 12. 11. 10. 9. 8.	2 Février	19 Février
	7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.	9 Février	26 Février
	*. 29. 28. 27. 26. XXV 25. 24.	16 Février	5 Mars
F	23. 22. 21.	20 Janvier	6 Février
	20. 19. 18. 17. 16. 15. 14.	27 Janvier	13 Février
	13. 12. 11. 10. 9. 8. 7.	3 Février	20 Février
	6. 5. 4. 3. 2. 1. *.	10 Février	27 Février
	29. 28. 27. 26. XXV 25. 24.	17 Février	6 Mars
G	23. 22. 21. 20.	21 Janvier	7 Février
	19. 18. 17. 16. 15. 14. 13.	28 Janvier	14 Février
	12. 11. 10. 9. 8. 7. 6.	4 Février	21 Février
	5. 4. 3. 2. 1. *. 29.	11 Février	28 Février
	28. 27. 26. XXV 25. 24.	18 Février	7 Mars
A	23. 22. 21. 20. 19.	22 Janvier	8 Février
	18. 17. 16. 15. 14. 13. 12.	29 Janvier	15 Février
	11. 10. 9. 8. 7. 6. 5.	5 Février	22 Février
	4. 3. 2. 1. *. 29. 28.	12 Février	1 Mars
	27. 26. XXV 25. 24.	19 Février	8 Mars
B	23. 22. 21. 20. 19. 18.	23 Janvier	9 Février
	17. 16. 15. 14. 13. 12. 11.	30 Janvier	16 Février
	10. 9. 8. 7. 6. 5. 4.	6 Février	23 Février
	3. 2. 1. *. 29. 28. 27.	13 Février	2 Mars
	26. XXV 25. 24.	20 Février	9 Mars
C	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17.	24 Janvier	10 Février
	16. 15. 14. 13. 12. 11. 10.	31 Janvier	17 Février
	9. 8. 7. 6. 5. 4. 3.	7 Février	24 Février
	2. 1. *. 29. 28. 27. 26. XXV	14 Février	3 Mars
	25. 24.	21 Février	10 Mars

TABULA PASCHALIS NOVA REFORMATA

PASCHA	ASCENSIO	PENTEC.	CORPUS CHRISTI	DOM. P. PENT.	DOM. I. ADVENTUS
22 Martii	30 Aprilis	10 Maii	21 Maii	28	29 Novembris
29 Martii	7 Maii	17 Maii	28 Maii	27	29
5 Aprilis	14 Maii	24 Maii	4 Junii	26	29
12 Aprilis	21 Maii	31 Maii	11 Junii	25	29
19 Aprilis	28 Maii	7 Junii	18 Junii	24	29
23 Martii	1 Maii	11 Maii	22 Maii	28	30 Novembris
30 Martii	8 Maii	18 Maii	29 Maii	27	30
6 Aprilis	15 Maii	25 Maii	5 Junii	26	30
13 Aprilis	22 Maii	1 Junii	12 Junii	25	30
20 Aprilis	29 Maii	8 Junii	19 Junii	24	30
24 Martii	2 Maii	12 Maii	23 Maii	28	1 Decembris
31 Martii	9 Maii	19 Maii	30 Maii	27	1
7 Aprilis	16 Maii	26 Maii	6 Junii	26	1
14 Aprilis	23 Maii	2 Junii	13 Junii	25	1
21 Aprilis	30 Maii	9 Junii	20 Junii	24	1
25 Martii	3 Maii	13 Maii	24 Maii	28	2 Decembris
1 Aprilis	10 Maii	20 Maii	31 Maii	27	2
8 Aprilis	17 Maii	27 Maii	7 Junii	26	2
15 Aprilis	24 Maii	3 Junii	14 Junii	25	2
22 Aprilis	31 Maii	10 Junii	21 Junii	24	2
26 Martii	4 Maii	14 Maii	25 Maii	28	3 Decembris
2 Aprilis	11 Maii	21 Maii	1 Junii	27	3
9 Aprilis	18 Maii	28 Maii	8 Junii	26	3
16 Aprilis	25 Maii	4 Junii	15 Junii	25	3
23 Aprilis	1 Junii	11 Junii	22 Junii	24	3
27 Martii	5 Maii	15 Maii	26 Maii	27	27 Novembris
3 Aprilis	12 Maii	22 Maii	2 Junii	26	27
10 Aprilis	19 Maii	29 Maii	9 Junii	25	27
17 Aprilis	26 Maii	5 Junii	16 Junii	24	27
24 Aprilis	2 Junii	12 Junii	23 Junii	23	27
28 Martii	6 Maii	16 Maii	27 Maii	27	28 Novembris
4 Aprilis	13 Maii	23 Maii	3 Junii	26	28
11 Aprilis	20 Maii	30 Maii	10 Junii	25	28
18 Aprilis	27 Maii	6 Junii	17 Junii	24	28
25 Aprilis	3 Junii	13 Junii	24 Junii	23	28

TABLE PASCALE NOUVELLE RÉFORMÉE

PAQUES	ASCENSION	PENTECÔTE	FÊTE-DIEU	DIM. APRÈS LA PENTECÔTE	1er DIMANCHE DE L'AVENT
22 Mars	30 Avril	10 Mai	21 Mai	28	29 Novembre
29 Mars	7 Mai	17 Mai	28 Mai	27	29
5 Avril	14 Mai	24 Mai	4 Juin	26	29
12 Avril	21 Mai	31 Mai	11 Juin	25	29
19 Avril	28 Mai	7 Juin	18 Juin	24	29
23 Mars	1 Mai	11 Mai	22 Mai	28	30 Novembre
30 Mars	8 Mai	18 Mai	29 Mai	27	30
6 Avril	15 Mai	25 Mai	5 Juin	26	30
13 Avril	22 Mai	1 Juin	12 Juin	25	30
20 Avril	29 Mai	8 Juin	19 Juin	24	30
24 Mars	2 Mai	12 Mai	23 Mai	28	1 Décembre
31 Mars	9 Mai	19 Mai	30 Mai	27	1
7 Avril	16 Mai	26 Mai	6 Juin	26	1
14 Avril	23 Mai	2 Juin	13 Juin	25	1
21 Avril	30 Mai	9 Juin	20 Juin	24	1
25 Mars	3 Mai	13 Mai	24 Mai	28	2 Décembre
1 Avril	10 Mai	20 Mai	31 Mai	27	2
8 Avril	17 Mai	27 Mai	7 Juin	26	2
15 Avril	24 Mai	3 Juin	14 Juin	25	2
22 Avril	31 Mai	10 Juin	21 Juin	24	2
26 Mars	4 Mai	14 Mai	25 Mai	28	3 Décembre
2 Avril	11 Mai	21 Mai	1 Juin	27	3
9 Avril	18 Mai	28 Mai	8 Juin	26	3
16 Avril	25 Mai	4 Juin	15 Juin	25	3
23 Avril	1 Juin	11 Juin	22 Juin	24	3
27 Mars	5 Mai	15 Mai	26 Mai	27	27 Novembre
3 Avril	12 Mai	22 Mai	2 Juin	26	27
10 Avril	19 Mai	29 Mai	9 Juin	25	27
17 Avril	26 Mai	5 Juin	16 Juin	24	27
24 Avril	2 Juin	12 Juin	23 Juin	23	27
28 Mars	6 Mai	16 Mai	27 Mai	27	28 Novembre
4 Avril	13 Mai	23 Mai	3 Juin	26	28
11 Avril	20 Mai	30 Mai	10 Juin	25	28
18 Avril	27 Mai	6 Juin	17 Juin	24	28
25 Avril	3 Juin	13 Juin	24 Juin	23	28

RUBRICÆ GENERALES BREVIARII

JUXTA EDITIONEM TYPICAM ANNI JUBILÆI 1900

Officium quotidie fit aut Duplex, aut Semiduplex, aut Simplex.

I. DE OFFICIO DUPLICI

Officium fit Duplex in diebus a Feria quinta in Cœna Domini usque ad Feriam tertiam Paschæ inclusive, in Dominica in Albis, in Ascensione Domini, in Dominica Pentecostes, et duobus diebus sequentibus : in Festo Trinitatis, Corporis Christi, et Dedicationis propriæ Ecclesiæ : in Festis, quibus in Kalendario apponitur hæc vox, *Duplex :* in die octava Festi habentis Octavam : in Festo Patroni unius vel plurium alicujus loci, vel Titularis Ecclesiæ ; et in Festis Sanctorum, qui apud quasdam Ecclesias, Religiones, vel Congregationes consueverunt solemniter celebrari, cum Officiis propriis a Sede Apostolica approbatis, aut ex ejusdem Sedis auctoritate receptis, vel recipiendis (servata tamen forma hujus Breviarii) alioquin de Communi, etiamsi prædicta Festa in hoc Kalendario non sint descripta. Præterea Officium fit Duplex pro Defunctis in Commemoratione omnium fidelium Defunctorum, et in die obitus, seu depositionis Defuncti, ut in eodem Officio dicitur, circa finem Breviarii.

2. Festum Duplex celebratur aut de eodem fit Commemoratio eo die **quo cadit, nisi illud contingat transferri aut penitus omitti, ut dicetur in Rubrica de Translatione Festorum.**

3. Habet primas et secundas Vesperas integras, nisi cum alio simili concurrat, ut dicetur in Rubrica de Concurrentia Officii, et totum Officium fit de Duplici, incipiendo a primis Vesperis, usque ad Completorium sequentis diei inclusive : nisi aliter in propriis locis assignetur. Officium autem Defunctorum habet tantum primas Vesperas, Matutinum et Laudes, ut circa finem Breviarii ponitur.

4. In utrisque Vesperis, Matutino et Laudibus tantum, non autem in aliis Horis, duplicantur Antiphonæ, id est, integræ dicuntur in principio et in fine Psalmorum.

5. Ad Matutinum regulariter dicuntur tres **Nocturni, cum novem Psalmis, et totidem Lectionibus, hoc est, in unoquoque Nocturno tres Psalmi, et tres Lectiones, præterquam in Paschate Resurrectionis et Pentecoste cum duobus sequentibus diebus, in quibus dicitur unum** tantum Nocturnum cum tribus Psalmis, et totidem Lectionibus, ut ibidem ponitur.

6. Preces ad Primam et Completorium, et Suffragia de sancta Maria,

1. A compléter et à corriger quelques fois d'après les prescriptions plus récentes de la Bulle *Divino afflatu*, p. 11. Nous mettons en italiques les textes à corriger en renvoyant au passage de la Bulle qui modifie les anciennes Rubriques ou d'après les décrets de la S. Congrégation des Rites modifiant le rite des fêtes ou en instituant de nouvelles.

RUBRIQUES GÉNÉRALES DU BRÉVIAIRE[1]

D'APRÈS L'ÉDITION TYPIQUE DE L'ANNÉE JUBILAIRE 1900

L'Office est pour chaque jour : Double, ou Semidouble ou Simple.

I. DE L'OFFICE DOUBLE

L'OFFICE est double depuis le Jeudi-saint jusqu'au mardi de Pâques inclusivement, le Dimanche de Quasimodo, le jour de l'Ascension, le Dimanche de la Pentecôte et les deux jours suivants ; à la Fête de la sainte Trinité, à la Fête-Dieu, à la Dédicace de l'église propre ; aux Fêtes marquées Double au calendrier ; au huitième jour d'une Fête ayant Octave ; à la Fête du Patron ou des Patrons du lieu ou encore du Titulaire de l'église ; aux Fêtes des Saints que l'on a coutume de célébrer solennellement en certaines Églises, Religions ou Congrégations, avec les Offices propres approuvés par le Saint-Siège, ou bien reçus ou à recevoir de l'autorité de ce même Siège apostolique (en observant toutefois la forme de ce Bréviaire). S'il n'y a pas d'Office propre, l'Office serait du Commun, lors même que les Fêtes précitées ne seraient pas marquées au calendrier. En outre, l'Office des défunts est double à la Commémoraison de tous les fidèles défunts, ainsi qu'au jour de la mort ou de l'enterrement, comme cela est marqué à l'Office des défunts vers la fin du Bréviaire.

2. La Fête double se célèbre, ou il en est fait Mémoire, le jour même où elle tombe, à moins qu'elle ne doive être transférée ou complètement omise, comme on le dira dans la Rubrique relative à la Translation des Fêtes.

3. Elle a ses premières et secondes Vêpres entières, à moins qu'elle ne soit en concurrence avec une autre semblable, comme on le dira dans la Rubrique de la concurrence ; et tout l'Office est du Double depuis les premières Vêpres jusqu'à Complies du jour suivant inclusivement, à moins d'indication contraire en cas d'exception. Cependant l'Office des défunts n'a que les premières Vêpres, Matines et Laudes, comme on le voit à la fin du Bréviaire.

4. Les Antiennes sont doublées, c'est-à-dire se récitent intégralement au commencement et à la fin des Psaumes aux deux Vêpres, à Matines et à Laudes, mais pas aux autres Heures.

5. A Matines on dit régulièrement trois Nocturnes avec neuf Psaumes et autant de Leçons, c'est-à-dire trois Psaumes et trois Leçons à chaque Nocturne, excepté à Pâques et à la Pentecôte avec leurs deux jours suivants, où l'on dit un seul Nocturne avec trois Psaumes et autant de Leçons, comme on l'indique à ces Fêtes.

6. Les Prières à Prime et à Complies, ainsi que les Suffrages de la sainte Vierge, de saint Joseph, des Apôtres, du Titulaire et de la Paix,

sancto Joseph, Apostolis, Titulo, et Pace ad Vesperas et Laudes non dicuntur in Officio Duplici, ut etiam in propriis eorum Rubricis dicetur.

7. Quomodo sit ordinandum Officium Duplex in Vesperis, Matutino et ceteris Horis : similiter et de Antiphonis, Responsoriis, Versibus, Capitulis et aliis in eo dicendis, habentur inferius de singulis propriæ Rubricæ.

II. DE OFFICIO SEMIDUPLICI

1. Officium fit Semiduplex diebus Dominicis (excepta Dominica in Albis, in qua fit Duplex) : et diebus infra Octavas : item in Festis, quibus in Kalendario ponitur hæc vox, *Semiduplex*, et in Festis propriis quorumdam locorum, seu Congregationum, quæ solemnius apud illas, quam Simplicia, consueverunt celebrari.

2. De Festo Semiduplici fit eo die quo cadit, aut de illo ponitur Commemoratio, vel penitus omittitur, ut dicetur in Rubrica de Translatione Festorum.

3. Habet totum Officium integrum, sicut Duplex, sed non duplicantur Antiphonæ.

4. Ad Matutinum dicuntur tres Nocturni, præterquam infra Octavas Paschæ et Pentecostes, in quibus dicitur unum Nocturnum cum tribus Psalmis et totidem Lectionibus. Et regulariter quando dicuntur tres Nocturni, dicuntur novem Psalmi et totidem Lectiones ; exceptis iis Dominicis, in quibus fit Officium ut in Psalterio, quæ habent decem et octo Psalmos, ut ibi.

5. Quomodo sit ordinandum Officium Semiduplex tam in Festis, quam in Dominicis et infra Octavas, item et de Antiphonis, Versibus, Responsoriis et hujusmodi aliis, et quando in Semiduplici dicantur Preces ad Primam et Completorium, et Suffragia de Sanctis ad Vesperas et Laudes, habentur inferius de singulis propriæ Rubricæ.

III. DE OFFICIO SIMPLICI

1. Officium fit Simplex in diebus ferialibus, quando occurrit fieri de Feria : item in Festis, quibus in Kalendario non apponitur hæc vox, *Duplex*, vel *Semiduplex*, vel *de Octava :* item quando fit de beata Maria in Sabbato, ut in ejus Rubrica dicetur.

2. De Festo Simplici fit eo die quo cadit ; nisi eodem die occurrat fieri Officium novem Lectionum, vel de sancta Maria in Sabbato, vel de aliquibus Feriis, quibus Festum Simplex cedit, ut dicetur in Rubricis de Feriis et de Commemorationibus.

3. Habet tantum primas Vesperas, in quibus dicuntur Psalmi Feriales, et a Capitulo fit de Festo, nisi cum eo concurrat Officium novem Lectionum, quia tunc de eo fit sola Commemoratio, ut dicetur in Rubrica de concurrentia Officii : et ejus Officium terminatur ad Nonam, et nihil amplius fit de eo, nec Commemoratio.

1. On n'a plus cet office.

à Vêpres et à Laudes, ne se disent pas à l'Office double, comme le notent leurs Rubriques propres.

7. Comment doit s'organiser l'Office double à Vêpres, à Matines et aux autres Heures ; de même, quelles sont les règles des Antiennes, Répons, Versets, Capitules, etc., dans les Doubles, on le verra plus loin pour chacun de ces points, dans les Rubriques spéciales.

II. DE L'OFFICE SEMI-DOUBLE

1. L'Office est semi-double les Dimanches (excepté le Dimanche de *Quasimodo* qui est double) et les jours dans une Octave ; de plus, aux Fêtes marquées : *Semi-double* au calendrier et aux Fêtes propres de certains lieux ou Congrégations, qu'on a coutume d'y célébrer plus solennellement que les Simples.

2. La Fête semi-double se célèbre le jour même où elle tombe, ou bien on en fait Mémoire, ou encore on l'omet entièrement, comme on le dira à la Rubrique de la Translation des Fêtes.

3. Elle a l'Office tout entier comme le Double, mais on ne double pas les Antiennes.

4. A Matines, on dit trois Nocturnes, excepté dans les Octaves de Pâques et de la Pentecôte, où l'on dit un seul Nocturne avec trois Psaumes et autant de Leçons. Et régulièrement, quand il y a trois Nocturnes, on dit neuf Psaumes et autant de Leçons, *hormis les Dimanches où l'on fait l'Office comme au Psautier avec dix-huit Psaumes*[1].

5. Comment doit-on organiser un Office semi-double, soit des Fêtes, soit du Dimanche, et pendant les Octaves ; quelles sont les Rubriques concernant les Antiennes, Versets, Répons et autres choses semblables ; quand doit-on, pour un Semi-double, réciter les Prières à Prime et à Complies, et les Suffrages des Saints à Vêpres et à Laudes, on le verra plus loin dans les Rubriques plus spéciales.

III. DE L'OFFICE SIMPLE

1. L'Office est simple aux Féries, lorsqu'on en fait l'Office ; de même aux Fêtes qui ne sont pas désignées au calendrier sous ce mot : *Double*, ou *Semi-double*, ou *de l'Octave* ; et encore lorsqu'on fait l'Office du Samedi, de la sainte Vierge, comme on le dira en sa Rubrique.

2. On fait l'Office de la Fête simple le jour où elle tombe, à moins qu'elle ne se rencontre avec un Office de neuf Leçons ou l'Office de la sainte Vierge au Samedi, ou de certaines Féries qui l'emportent sur une Fête simple, comme on le dira dans les Rubriques des Féries et des Mémoires.

3. Elle a seulement les premières Vêpres, dans lesquelles les Psaumes sont de la Férie, mais depuis le Capitule, l'Office est de la Fête, à moins qu'elle ne soit en concurrence avec un Office de neuf Leçons, parce qu'alors on fait seulement Mémoire de la Fête simple, comme on le dira à la Rubrique de la concurrence. La Fête simple se termine à None ; ensuite on n'en fait plus rien, pas même Mémoire.

4. Ad Matutinum post Invitatorium et Hymnum de Festo, dicitur unum tantum Nocturnum cum duodecim Psalmis, ut in Psalterio, secundum Feriam quæ occurrit ; et tres Lectiones leguntur, ut infra in Rubrica de Lectionibus habetur.

5. Quomodo sit ordinandum Officium Simplex ad Vesperas, Matutinum et alias Horas ; item et de Antiphonis, Versibus, Responsoriis et aliis, ac quando Preces, et Suffragia de Sanctis dicenda sint, habentur inferius propriæ Rubricæ.

IV. DE DOMINICIS

1. De Dominica semper fit Officium in Dominicis Adventus, et in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam in Albis inclusive, quocumque Festo Duplici, vel Semiduplici adveniente : quia tunc Festum transfertur, aut de eo fit Commemoratio aut penitus omittitur (ut in Rubrica de Translatione Festorum dicetur), nisi illud Festum sit Duplex primæ classis ; quia tunc fit tantum de hujusmodi Festo, cum Commemoratione Dominicæ ; quibusdam Dominicis exceptis, ut dicetur in Rubrica de Commemorationibus. In aliis Dominicis per annum fit de Dominica, quando in eis non occurrit Festum Duplex ; quia tunc fit de Duplici cum Commemoratione Dominicæ in utrisque Vesperis et Laudibus, et ad Matutinum legitur nona Lectio de Homilia Dominicæ, ut dicetur in Rubrica de Commemorationibus. Si Semiduplex eodem die occurrat, de eo fit Commemoratio, ut pariter dicetur in Rubrica de Commemorationibus.

2. De Dominica infra Octavas Nativitatis, Epiphaniæ, Ascensionis et Corporis Christi occurrenti, Officium fit sicut infra Octavam, et in Proprio de Tempore, cum Commemoratione Octavæ et sine Precibus et Suffragiis Sanctorum. In Dominicis vero, quæ occurrunt infra alias Octavas, totum Officium fit de Dominica, ut in Psalterio et in Proprio de Tempore, cum Commemoratione Octavæ, omissis etiam dictis Precibus et Suffragiis, ut supra. De Dominica occurrente in die Octava fit Commemoratio, sicut dictum est, quando in ea fit de Festo Duplici, præterquam in die Octava Epiphaniæ, in qua nihil fit de Dominica, quia ejus Officium ponitur in Sabbato præcedenti.

3. Positum est autem Officium sex Dominicarum post Epiphaniam, et vigintiquatuor post Pentecosten, ut compleatur numerus triginta Dominicarum, quæ esse possunt ab Epiphania usque ad Septuagesimam, et a Pentecoste usque ad Adventum ; ne ulla ex his Dominicis vacet, quin saltem de ea fit Commemoratio. Nam quæ aliquando supersunt post Epiphaniam ante Septuagesimam, ponuntur post xxiii a Pentecoste, hoc ordine :

4. Si Dominicæ post Pentecosten fuerint xxv, Dominica xxiv post Pentecosten erit quæ est vi post Epiphaniam. Si fuerint xxvi, Dominica

1. Cf. p. 70, Titre I, n° 8.— 2. Cf. p. 72, Titre IV, n°s 1 et 2. — 3. Cf. p. 74, Titre V, n°s 3 et 4.

4. A Matines, après l'Invitatoire et l'Hymne de la Fête, *on dit un seul Nocturne avec douze Psaumes* [1], comme au Psautier, selon la Férie occurrente, et on lit trois Leçons, comme il est marqué plus loin à la Rubrique des Leçons.

5. Comment doit s'organiser l'Office simple à Vêpres, à Matines et aux autres Heures ; quelles sont les Rubriques concernant les Antiennes, Versets, Répons et autres choses ; quand doit-on y réciter les Prières et les Suffrages des Saints, on le verra plus loin dans les Rubriques propres à chacun de ces points.

IV. DES DIMANCHES

1. On fait toujours l'Office du Dimanche, dans les Dimanches de l'Avent et dans les Dimanches depuis la Septuagésime jusqu'au Dimanche de Quasimodo inclusivement, quelque Fête double ou semi-double qui s'y rencontre, parce qu'alors cette Fête se tranfère, ou bien on en fait Mémoire, ou encore on l'omet entièrement, comme on le dira dans la Rubrique de la Translation des Fêtes, à moins que cette Fête ne soit double de 1re classe, car alors on ferait seulement de cette Fête, avec Mémoire du Dimanche, excepté quelques Dimanches, comme on le dira dans la Rubrique des Mémoires. *Les autres Dimanches de l'année, on fait l'Office du Dimanche quand il ne se rencontre pas de Fête double ; parce qu'alors on fait du Double, avec Mémoire du Dimanche aux deux Vêpres et à Laudes : et à Matines on lit la neuvième Leçon de l'Homélie du Dimanche, comme on le dira dans la Rubrique des Mémoires.* [2] Si un Semi-double tombe le même jour, on en fait Mémoire, comme on le dira également dans la Rubrique des Mémoires.

2. Les Dimanches qui arrivent pendant les Octaves de Noël, *de l'Épiphanie* [3], de l'Ascension et de la Fête-Dieu, ont un Office qui participe à la fois de l'Octave et du Propre du Temps, avec Mémoire de l'Octave, sans les Prières ni les Suffrages des Saints. Mais les Dimanches qui tombent dans les autres Octaves ont leur Office tout entier du Dimanche, comme au Psautier et au Propre du Temps, avec Mémoire de l'Octave, en omettant aussi les Prières et les Suffrages susdits. Le Dimanche tombant dans un jour Octaval a une Mémoire, comme il a été dit pour le cas où l'on fait d'un Double un jour de Dimanche, excepté le jour octaval de l'Épiphanie, où l'on ne fait rien du Dimanche, parce que son Office est placé au Samedi précédent.

3. On a mis l'Office de six Dimanches après l'Épiphanie et de vingt-quatre après la Pentecôte, pour compléter le nombre de trente Dimanches qui peuvent exister de l'Épiphanie à la Septuagésime, et de la Pentecôte à l'Avent, afin qu'il n'y ait aucun de ces Dimanches qui n'ait au moins une Mémoire. Car les Dimanches après l'Épiphanie qui restent parfois sans avoir trouvé place avant la Septuagésime, se placent après le XXIIIe Dimanche suivant la Pentecôte, en cet ordre :

4. Si les Dimanches après la Pentecôte sont au nombre de XXV, le XXIVe après la Pentecôte sera le VIe après l'Épiphanie. S'il y en a XXVI, le XXIVe sera le Ve après l'Épiphanie, et le XXVe sera la VIe.

xxiv erit quæ est v ; et xxv quæ est vi. Si fuerint xxvii, Dominica xxiv erit quæ est iv ; et xxv quæ est v, et xxvi erit vi. Si fuerint xxviii, Dominica xxiv erit iii, et xxv erit iv, et xxvi erit v, et xxvii erit vi ; et ultimo loco semper ponitur, quæ in ordine est xxiv post Pentecosten, etiamsi post Pentecosten aliquando non sint nisi xxiii Dominicæ. Tunc enim xxiv ponitur loco xxiii, et Officium xxiii ponitur in præcedenti Sabbato, quod non sit impeditum Festo novem Lectionum ; alioquin in alia præcedenti die similiter non impedita, in qua fiat Officium de Feria, cum Commemoratione Festi Simplicis, si occurrat ; et in ea legantur tres Lectiones de Homilia Dominicæ, omissis Lectionibus Scripturæ illius Feriæ : et in Laudibus dicatur Antiphona ad Benedictus, et Oratio de Dominica xxiii. Quod si tota Hebdomada impedita sit Festis novem Lectionum, etiam translatis, vel aliqua Octava, tunc in Sabbato legatur nona Lectio de Homilia Dominicæ xxiii, et de ea fiat Commemoratio in Laudibus tantum, cum Antiphona et Oratione propria.

5. Cum vero interdum contingat, ut Dominica tertia, vel quarta, vel quinta, vel sexta post Epiphaniam supersit, nec possit poni etiam post xxiii a Pentecoste, tunc de ea fit Officium in Sabbato ante Dominicam Septuagesimæ, ut dictum est supra, numero præcedenti.

6. De Dominica secunda post Epiphaniam, quando Septuagesima venerit immediate post Octavam Epiphaniæ, quomodo agendum sit Officium, habetur in propria Rubrica ante Dominicam primam post Epiphaniam.

7. Cum autem in Proprio de Tempore dicitur aliqua Dominica esse prima mensis, in qua primo ponitur initium libri de Scriptura cum sua historia, id est, cum Responsoriis, animadvertendum est, eam dici primam Dominicam mensis, quæ venit in Kalendis illius mensis, vel est proximior Kalendis, hoc modo. Si Kalendæ venerint in secunda, et tertia, et quarta Feria, Dominica prima mensis erit quæ præcedit Kalendas, licet veniat in præcedenti mense : si autem Kalendæ venerint in quinta, et sexta Feria et in Sabbato, prima Dominica erit quæ sequitur post ipsas Kalendas. Dominica autem prima Adventus non sumitur ea, quæ est proximior Kalendis Decembris, sed Festo sancti Andreæ, vel quæ venerit in ipso Festo.

8. Officium Dominicæ fit Semiduplex, et incipit a primis Vesperis in Sabbato : et habet totum Officium integrum usque ad Completorium Dominicæ inclusive, nisi cum aliquo concurrat, ut dicetur in Rubrica de Concurrentia Officii.

9. Ad Matutinum dicuntur tres Nocturni cum Psalmis, ut in Psalterio, et leguntur novem Lectiones, ut in Proprio de Tempore.

10. Quomodo autem sit ordinandum ejus Officium, insuper et de Lectionibus, Responsoriis et aliis, et quomodo initia librorum Scripturæ cum sua historia sint ponenda, habentur de singulis inferius propriæ Rubricæ.

---

1. Cf. p. 75, Titre VII, n°s 1 et 2.

S'il y en a XXVII, le XXIVe sera le IVe, le XXVe sera le Ve, et le XXVIe sera le VIe. S'il y en a XXVIII, le XXIVe sera le IIIe, le XXVe le IVe, le XXVIe le Ve, le XXVIIe le VIe ; et on place toujours en dernier lieu le Dimanche qui est marqué comme le XXIVe après la Pentecôte, quand même il n'y aurait que XXIII Dimanches après la Pentecôte. Car alors le XXIVe se célèbre en place du XXIIIe et le XXIIIe se met le Samedi précédent, *s'il n'est pas empêché par une Fête de neuf Leçons*[1] ; autrement il se met un autre jour précédent également non empêché ; et alors on fait l'Office de la Férie, avec Mémoire d'une Fête simple s'il s'en rencontre ; et on y lit les trois Leçons de l'Homélie du Dimanche, en omettant les Leçons de l'Écriture de cette Férie ; et à Laudes on prend l'Antienne du *Benedictus* et l'Oraison du XXIIIe Dimanche. Si toute la semaine est empêchée par des Fêtes de neuf Leçons même transférées, ou par une Octave, alors le Samedi on lit la neuvième Leçon de l'Homélie du XXIIIe Dimanche et l'on en fait Mémoire à Laudes seulement, avec l'Antienne et l'Oraison propres.

5. Il arrive parfois que le IIIe, ou le IVe, ou le Ve, ou le VIe Dimanche après l'Épiphanie est de reste, et ne peut être placé même après le XXIIIe Dimanche après la Pentecôte : alors on fait l'Office de ce Dimanche le Samedi avant le Dimanche de la Septuagésime, comme on vient de le dire au numéro précédent.

6. Lorsque la Septuagésime suit immédiatement l'Octave de l'Épiphanie, on organise l'Office du deuxième Dimanche après l'Épiphanie d'après la Rubrique placée avant le premier Dimanche qui suit l'Épiphanie.

7. Quand il est dit, au Propre du Temps, que tel Dimanche où commence un livre de l'Écriture avec son histoire, c'est-à-dire avec ses Répons, est le premier Dimanche du mois, il faut remarquer que l'on appelle premier Dimanche du mois celui qui tombe aux Calendes de ce mois, ou qui en est le plus proche : si donc les Calendes tombent le lundi, le mardi ou le mercredi, le premier Dimanche du mois sera celui qui précède les Calendes, bien qu'il arrive dans le mois précédent ; si au contraire les Calendes tombent le jeudi, le vendredi ou le samedi, le premier Dimanche sera celui qui vient après les Calendes. Cependant le premier Dimanche de l'Avent n'est pas celui qui est le plus proche des Calendes de décembre, mais bien celui qui est le plus proche de la Fête de saint André, ou qui tombe ce jour-là même.

8. L'Office du Dimanche est semi-double et commence aux premières Vêpres le samedi ; et il a l'Office tout entier jusqu'à Complies du Dimanche inclusivement, sauf le cas de concurrence, comme on le dit dans la Rubrique de la concurrence.

9. A Matines, il y a trois Nocturnes avec les Psaumes, comme au Psautier, et on lit neuf Leçons, comme au Propre du Temps.

10. Comment doit s'organiser l'Office du Dimanche ; quelles sont les Rubriques concernant les Leçons, les Répons, les commencements des livres de l'Écriture avec leur histoire, on le verra plus loin dans les Rubriques propres à chacun de ces points.

V. DE FERIIS

1. Officium Feriale, hoc est, Simplex de Tempore occurrenti, prout in Psalterio et Proprio de Tempore habetur, fit semper in Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum, et in Feria secunda Rogationum, quando infra Hebdomadam non occurrit Festum Duplex, vel Semiduplex, vel de Octava : quia tunc de hujusmodi Feriis fit Commemoratio, ut dicetur in Rubrica de Commemorationibus. Si vero in eis occurrat Festum Simplex, de eo fit tantum Commemoratio. Item per annum fit Officium de Feria illis diebus, quibus infra Hebdomadam in Kalendario non ponitur aliquod Festum Duplex, Semiduplex, vel Simplex, et non occurrit aliqua Octava, vel Officium sanctæ Mariæ in Sabbato, vel aliquod Festum solemne, aut consuetum in aliqua Ecclesia celebrari, quamvis in Kalendario hujus Breviarii non sit descriptum.

2. Officium Feriæ in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, Vigiliis, et prima die Rogationum incipit a Matutino : in aliis vero Feriis per annum, inde fit de Feria, ubi desinit Officium præcedentis diei, ita ut si præcedenti die fuerit Duplex, vel Semiduplex, Officium Feriæ incipiat sequenti die a Matutino : si præcedenti die fuerit Festum Simplex, de Feria fiat a Vesperis illius præcedentis diei inclusive. Similiter et quando in Feria quarta et sexta Quatuor Temporum Septembris, et in Feria quarta Cinerum, ac in Vigiliis occurrit aliquod Festum Simplex, de quo fieri debet Commemoratio, tunc præcedenti die (nisi fuerit Festum novem Lectionum) in Vesperis fit de Feria, ut in Psalterio, sine Precibus, cum Oratione Dominicæ præcedentis, et cum Commemoratione Festi trium Lectionum in sequenti Feria occurrentis, ut dicetur infra in Rubrica de Concurrentia. Terminatur autem Officium de Feria subsequente Duplici, vel Semiduplici, ad Nonam : subsequente vero Simplici, de quo fieri debeat Officium, ad Capitulum Vesperarum, quia inde fit de Festo Simplici absque ulla deinceps Commemoratione Feriæ.

3. Ad Matutinum dicitur unum tantum Nocturnum cum duodecim Psalmis, secundum ordinem Feriarum in Psalterio, et tribus Lectionibus, ut in Proprio de Tempore.

4. Excipiuntur ab hoc ordinario Officii Ferialis tres Feriæ majores Hebdomadæ sanctæ, et Feriæ Octavarum Paschæ et Pentecostes, in quibus fit Officium, ut in propriis locis ponitur.

5. Quomodo ordinandum sit Officium de Feria ad Matutinum et alias Horas, item de Lectionibus et Responsoriis, et quando dicendæ sint Preces feriales, ac de aliis, quæ ad Officium Feriæ pertinent, habentur inferius de singulis propriæ Rubricæ.

VI. DE VIGILIIS

1. De Vigilia fit Officium in omnibus Vigiliis per annum quæ jejunantur

1. Cf p. 70, Titre I, n° 8.

V. DES FÉRIES

1. L'Office férial, c'est-à-dire simple du Temps occurrent, tel qu'il se trouve au Psautier et au Propre du Temps, a toujours lieu aux Féries de l'Avent, du Carême, des Quatre-Temps et des Vigiles, ainsi que le lundi des Rogations, quand il ne se rencontre pas le même jour une Fête double ou semi-double ou une Octave, car alors la Férie aurait seulement une Mémoire, comme on le dira dans la Rubrique des Mémoires. Si c'est une Fête simple qui tombe en ces Féries, elle a seulement une Mémoire. Le reste de l'année, on fait l'Office de la Férie les jours de la semaine où le calendrier n'indique pas une Fête double, semi-double ou simple, et où il ne se rencontre pas une Octave, ou bien l'Office de la sainte Vierge au Samedi, ou bien une Fête solennelle ou une autre que l'on a coutume de célébrer, même si elle n'est pas inscrite au calendrier du Bréviaire.

2. L'Office de la Férie en Avent, en Carême, aux Quatre-Temps, aux Vigiles et le lundi des Rogations commence à Matines ; mais aux autres Féries de l'année, on fait de la Férie à partir de la fin de l'Office du jour précédent, en sorte que si le jour précédent a été occupé par un Double, ou un Semi-double, l'Office de la Férie commence le jour suivant à Matines ; s'il l'a été par une Fête simple, l'Office de la Férie commence aux Vêpres du jour précédent inclusivement. De même si une Fête simple, dont on doit faire Mémoire, tombe le mercredi et le vendredi des Quatre-Temps de Septembre, ainsi que le mercredi des Cendres et les Vigiles, alors les Vêpres du jour précédent (s'il n'y a pas de Fête de neuf Leçons) sont de la Férie comme au Psautier, sans les Prières, avec l'Oraison du Dimanche précédent et avec mémoire de cette Fête de trois Leçons qui arrive le lendemain, comme on le dira plus loin dans la Rubrique de la concurrence. L'Office de la Férie se termine à None, si elle est suivie d'un Double ou d'un Semi-double ; mais au Capitule des Vêpres, si elle est suivie d'un Simple dont on doive faire l'Office, car le Simple commence au Capitule, et l'on ne fait aucune Mémoire de la Férie.

3. A Matines, on dit un seul Nocturne *avec douze Psaumes*[1], suivant l'Ordre des Féries, comme au Psautier, et avec trois Leçons, comme au Propre du Temps.

4. On excepte de ces règles les trois grandes Féries de la Semaine sainte et les Féries des Octaves de Pâques et de la Pentecôte, dont on fait l'Office comme il est marqué au Propre de ces Féries.

5. Comment doit s'organiser l'Office de la Férie, à Matines et aux autres Heures ; quelles sont les règles concernant les Leçons et les Répons ; quand doit-on dire les Prières fériales ; quelles sont les autres choses relatives à l'Office de la Férie, on le verra plus loin dans les Rubriques propres à chacun de ces points.

VI. DES VIGILES

1. On fait l'Office de la Vigile à toutes les Vigiles de l'année qui

ubi in Kalendario adnotatur hæc vox *Vigilia :* nisi in die Vigiliæ occurrat Festum novem Lectionum, vel Octava ; tunc enim in Officio novem Lectionum legitur nona Lectio de Homilia Vigiliæ, et fit Commemoratio de ea ad Laudes tantum, cum Antiphona ad Benedictus, et Versu Feriæ occurrentis de Psalterio, et Oratione Vigiliæ ; præterquam in illis Festis majoribus, quæ inferius excipiuntur.

2. Si Vigilia occurrat in Dominica, de ea fit Officium in Sabbato, quod non sit impeditum Officio novem Lectionum : quia tunc de Vigilia fit tantum Commemoratio, ut dictum est. Excipitur ab hac regula Vigilia Nativitatis et Epiphaniæ Domini ; quæ si venerint in Dominica, fit de illis, ut in propriis Rubricis dicitur. Si autem in Vigilia occurrat Festum solemne alicujus loci, vel ex solemnioribus infra annum, quæ inferius in Rubrica de Commemorationibus numerantur (veluti si in Vigilia sancti Joannis Baptistæ venerit Festum Corporis Christi), nihil tunc prorsus, nec Commemoratio fit de Vigilia, excepta Vigilia Epiphaniæ. Idem servetur quando aliqua Vigilia venerit in Adventu, Quadragesima et Quatuor Temporibus, nulla enim in his Feriis de Vigilia fit Commemoratio.

3. Officium Vigiliæ incipit ad Matutinum, sicut dictum est in superiori Rubrica de Feriis : terminatur autem ad Nonam, quia Vesperæ sunt de sequenti Festo.

4. Officium Vigiliæ totum fit de Feria occurrenti, ut in Psalterio : et tres Lectiones leguntur de Homilia in Evangelium Vigiliæ, ut in propriis locis assignatur, cum tribus Responsoriis de Feria occurrenti, ordine in Rubrica de Responsoriis descripto. Dicuntur Preces feriales, et Commemorationes communes, aliaque omnia sicut in Feriis Adventus, Quadragesimæ et Quatuor Temporum, de quibus et de aliis circa ordinandum ejus Officium habentur inferius propriæ Rubricæ.

5. Excipitur ab hoc ordinario Vigiliarum, quæ jejunantur, Vigilia Pentecostes, quæ cum tribus Nocturnis sub Officio Semiduplici celebratur, ut ibi ; et Vigilia Nativitatis Domini, quæ, Nocturno Feriæ excepto, in Laudibus et Horis habet reliquum Officium Duplex. In Vigiliis vero Epiphaniæ et Ascensionis, quæ non jejunantur, fit Officium, ut in propriis locis notatur.

VII. DE OCTAVIS

1. De Octava fit Officium, vel saltem Commemoratio (quando aliquo Festo, vel Dominica impeditur) per octo dies continuos. Fit de Octava in Paschate Resurrectionis, in Ascensione Domini, in Pentecoste, in Festo

1. Par les Vigiles *jeûnées*, il faut entendre les Vigiles que l'on devrait jeûner de droit commun. Ce sont les Vigiles de Noel, de la Pentecôte, de l'Assomption, des Fêtes d'Apôtres (excepté celle de saint Jean, apôtre, et celle des saints Philippe et Jacques, parce que

sont jeûnées[1], quand on trouve au calendrier ce mot : *Vigile*, à moins que cette Vigile ne se rencontre avec une Fête de neuf Leçons ou une Octave. A l'Office de neuf Leçons, on lit alors pour neuvième Leçon l'Homélie de la Vigile, et on en fait Mémoire à Laudes seulement, par l'Antienne du *Benedictus*, le Verset de la Férie occurrente placé au Psautier et l'Oraison de la Vigile, sauf en ces Fêtes plus grandes qui sont exceptées plus loin.

2. Si la Vigile tombe un Dimanche, on en fait l'Office le Samedi, si ce Samedi n'est pas empêché par un Office de neuf Leçons, car alors on fait seulement Mémoire de la Vigile, comme on l'a dit. On excepte de cette règle les Vigiles de Noël et de l'Épiphanie, dont on fait l'Office même le Dimanche, comme on l'explique dans les Rubriques propres. Si une Vigile se rencontre avec la Fête solennelle d'un lieu, ou avec l'une des Fêtes les plus solennelles de l'année marquées plus loin dans la Rubrique des Mémoires (par exemple, si la Fête-Dieu coïncide avec la Vigile de saint Jean-Baptiste), on ne fait absolument rien de la Vigile, pas même Mémoire, excepté pour la Vigile de l'Épiphanie. Il en est de même quand une Vigile tombe en Avent, en Carême et aux Quatre-Temps ; on n'y fait pas Mémoire de la Vigile.

3. L'Office de la Vigile commence à Matines, comme on l'a dit dans la Rubrique des Féries ; il se termine à None, parce que les Vêpres sont de la Fête suivante.

4. L'Office de la Vigile est tout entier de la Férie occurrente, comme au Psautier ; les trois leçons sont de l'Homélie sur l'Évangile assigné à la Vigile, telle qu'on la trouve en son lieu propre ; les trois Répons sont de la Férie occurrente, suivant l'ordre indiqué dans la Rubrique des Répons. On y dit les Prières fériales, les Mémoires communes et tout le reste comme aux Féries d'Avent, de Carême, et des Quatre-Temps. On traitera plus loin, dans des Rubriques particulières, de ces Prières et Mémoires et d'autres sujets concernant l'organisation de l'Office des Vigiles.

5. Ces règles communes aux Vigiles jeûnées souffrent deux exceptions : d'abord, à la Vigile de la Pentecôte, qui se célèbre sous le rite semi-double avec trois Nocturnes, comme on le voit en cet endroit ; ensuite, à la Vigile de Noël, qui, sauf le Nocturne férial, a le reste de son Office double à Laudes et aux petites Heures. Quant aux Vigiles non jeûnées de l'Épiphanie et de l'Ascension, l'Office se fait comme il est marqué en leur lieu propre.

VII. DES OCTAVES

1. On fait l'Office d'une Octave (ou au moins Mémoire quand il est empêché par une Fête ou par un Dimanche) pendant huit jours continus. On fait de l'Octave, à Pâques, à l'Ascension, à la Pentecôte, à la Fête-

la solennité tombe aux joyeux temps de Noël et de Pâques), de saint Jean-Baptiste, de saint Laurent et de la Toussaint.

Corporis Christi, in Festis quibus in Kalendario apponitur Octava. Item in Festo Dedicationis propriæ Ecclesiæ, et in Festo principalis Patroni, et Titularis loci vel Ecclesiæ, et in Festis aliorum Sanctorum, quæ apud quasdam Ecclesias, Congregationes et Religiones consueverunt solemniter cum Octavis celebrari, nisi illa Festa venerint in Quadragesima, quo tempore omittitur Officium cujuscumque Octavæ. Quod si aliquod Festum quod celebrari solet cum Octava, paulo ante Quadragesimam venerit, et jam per aliquot dies factum sit Officium de ejus Octava, adveniente Quadragesima, nihil amplius fit de ea, nec Commemoratio. Et idem servetur de Octavis nondum absolutis, quando supervenit Festum Pentecostes, et dies xvii Decembris.

2. In Pascha Resurrectionis et Pentecostes Officium Octavæ terminatur in Sabbato sequenti ad Nonam.

3. Infra Octavas fit de Festis Duplicibus et Semiduplicibus occurrentibus, ac etiam Duplicibus translatis, de quibus dicetur infra Tit. X de Translatione Festorum, cum Commemoratione Octavæ ; nisi illa Festa sint de solemnioribus enumeratis in sequenti Rubrica de Commemorationibus, in quibus nulla fit Commemoratio de Octava, exceptis Octavis Nativitatis, Epiphaniæ et Corporis Christi, de quibus fit semper Commemoratio, quocumque Festo in illis occurrente. Infra Octavas autem Paschæ et Pentecostes non fit de Festo aliquo, etiam principali Patrono vel Titulari Ecclesiæ, vel Dedicatione ejusdem, sed transfertur post Octavam, si transferri valeat, secus de eo fit Commemoratio, ut dicetur in eadem Rubrica de Translatione Festorum. Infra Octavam Epiphaniæ fit tantum de Duplicibus primæ classis (non tamen in die Octava), cum Commemoratione Octavæ. Infra Octavam Corporis Christi fit tantum de Duplicibus, non tamen translatis, nisi fuerint primæ vel secundæ classis, cum Commemoratione Octavæ. De Semiduplicibus vero, cum non transferantur, infra eam fit Commemoratio, ut dicetur in præfata Rubrica. De Simplicibus infra quæscumque Octavas occurrentibus, item fit tantum Commemoratio, præterquam in duobus diebus post Pascha et Pentecosten, ut dicetur in sequenti Rubrica de Commemorationibus. De Dominicis infra Octavas occurrentibus fit Officium, ut dictum est supra in Rubrica de Dominicis. Si duæ Octavæ simul occurrant, (ut Octava sancti Joannis Baptistæ, et Octava Corporis Christi, vel Octava Patroni vel Titularis Ecclesiæ cum alia Octava), quando non erunt celebranda Festa novem Lectionum, vel dies Dominicus, fiet Officium de digniori, cum Commemoratione alterius. De die autem Octava cujuscumque Festi fit totum Officium Duplex, cum Commemoratione diei infra aliam Octavam. De Festis occurrentibus in die Octava servetur quod dicitur in Rubrica de Translatione Festorum.

4. Officium de Octava fit cum tribus Nocturnis, novem scilicet Psalmis et novem Lectionibus (exceptis Octavis Paschæ et Pentecostes, in quibus fit cum uno Nocturno, ut suis locis ponitur), et omnia dicuntur sicut

Dieu, et aux Fêtes auxquelles le calendrier assigne une Octave. De même à la Fête de la Dédicace de l'église propre, à la Fête du principal Patron et Titulaire de lieu ou d'église, et aux Fêtes des autres Saints qu'on a coutume, en certaines Églises, Congrégations et Religions, de célébrer solennellement avec Octave ; à moins que ces Fêtes ne tombent en Carême, car en ce Temps on omet tout Office d'Octave. Si une Fête, que l'on a coutume de célébrer avec Octave, arrive un peu avant le Carême et que l'on ait déjà fait l'Office de son Octave pendant quelques jours, alors à l'arrivée du Carême, l'Octave n'a plus ni Office, ni Mémoire. Il en est de même pour les Octaves qui ne sont pas encore achevées lorsque survient soit la Fête de la Pentecôte, soit le XVII[e] jour de décembre.

2. A Pâques et à la Pentecôte, l'Office de l'Octave se termine le samedi suivant à None.

3. Pendant les Octaves, on fait l'Office des Fêtes doubles et semi-doubles occurrentes, et même des doubles transférées, comme on le dira au Titre de la Translation des Fêtes, avec Mémoire de l'Octave, à moins qu'il ne s'agisse des Fêtes solennelles énumérées dans la Rubrique suivante des Mémoires ; car alors on ne fait aucune Mémoire de l'Octave, excepté des Octaves de Noël, de l'Épiphanie et de la Fête-Dieu, dont on fait toujours Mémoire, quelque Fête qui s'y rencontre. Quant aux Octaves de Pâques et de la Pentecôte, on n'y célèbre aucune Fête, pas même du principal Patron ou Titulaire d'église ou de sa Dédicace, mais on la transfère après l'Octave, si elle peut se transférer ; autrement on en fait Mémoire, comme on le dira dans la même Rubrique de la Translation des Fêtes. Dans l'Octave de l'Épiphanie (non toutefois le jour Octaval), on fait seulement des Doubles de première classe, avec Mémoire de l'Octave. Dans l'Octave de la Fête-Dieu, on fait seulement des Doubles, mais non des Doubles transférés, à moins qu'ils ne soient de première ou de seconde classe, avec Mémoire de l'Octave ; quant aux Semi-doubles comme ils ne se transfèrent pas, on en fait Mémoire dans cette Octave, ainsi qu'il est dit dans la Rubrique placée avant cette Fête. Pour les Simples tombant dans une Octave quelconque, on n'en fait également que Mémoire, excepté les deux jours après Pâques et la Pentecôte, comme il est dit dans la Rubrique suivante des Mémoires. Quant aux Dimanches qui tombent dans les Octaves, on en fait l'Office comme on l'a dit plus haut dans la Rubrique des Dimanches. Lorsque deux Octaves se rencontrent (par exemple, l'Octave de saint Jean-Baptiste et celle de la Fête-Dieu, ou bien l'Octave d'un Patron ou d'un Titulaire d'église avec une autre Octave), alors, quand on ne doit pas célébrer de Fête de neuf Leçons, ou un Dimanche, on fait l'Office de l'Octave la plus digne, avec Mémoire de l'autre. Mais le jour Octaval d'une Fête a son Office entièrement double, avec Mémoire de l'autre Octave. Pour les Fêtes qui tombent au jour Octaval, on doit observer ce qui est marqué dans la Rubrique de la Translation des Fêtes.

4. L'Office de l'Octave se fait avec trois Nocturnes, c'est-à-dire avec neuf Psaumes et neuf Leçons (excepté les Octaves de Pâques et de la Pentecôte qui n'ont qu'un seul Nocturne, comme cela est marqué en

in die Festi, præter Lectiones ; quarum primæ tres semper sunt de Scriptura occurrente in Officio de Tempore, præterquam infra Octavam Assumptionis beatæ Mariæ, in qua singulis diebus positæ sunt Lectiones propriæ de Canticis Canticorum : aliæ Lectiones secundi et tertii Nocturni dicuntur quæ infra Octavam positæ sunt. Infra Octavam vero Patroni, vel Titularis Ecclesiæ, aut alterius Festi, quod in aliquibus Ecclesiis consuevit cum Octava celebrari, si apud illas Ecclesias non habentur propriæ et approbatæ Lectiones pro secundo et tertio Nocturno, infra Octavam repetantur Lectiones positæ in Communi Sanctorum, si de Sanctis fiat Octava, alioquin Lectiones diei Festi.

5. Infra Octavam Officium fit Semiduplex, in die Octava Duplex. In Vesperis infra Octavam omnia dicuntur sicut in secundis Vesperis Festi : et in primis Vesperis diei Octavæ omnia sicut in primis Vesperis Festi, nisi aliter in propriis locis notetur.

6. Infra Octavas non fiunt Suffragia consueta de Sanctis, nec dicuntur Preces ad Primam et Completorium, etiamsi fiat Officium de Dominica, vel Festo Semiduplici. In aliis, quomodo sit ordinandum Officium de Octava, habentur inferius propriæ Rubricæ.

VIII. DE OFFICIO S. MARIÆ IN SABBATO

Festis occurrentibus ; in Festo Corporis Christi, et per Octavam, et in omni Officio beatæ Mariæ, tam novem quam trium Lectionum, etiamsi infra ejusdem Octavas fiat de Festo vel de Dominica, dicitur : *Qui natus es de María Vírgine.* In Epiphania, et per Octavam, et in Festo Transfigurationis, dicitur : *Qui apparuísti hódie.* A Dominica in Albis inclusive, usque ad Ascensionem exclusive, tam in Officio de Tempore, quam de Sanctis (excepto Officio beatæ Mariæ) semper dicitur : *Qui surrexísti a mórtuis.* In Ascensione usque ad Pentecosten exclusive dicitur : *Qui scandis super sídera.* In Pentecoste et reliquo anni tempore, tam in Officio de Tempore quam de Sanctis, dicitur : *Qui sedes ad déxteram Patris,* ut in Psalterio. Aliqua præterea sunt propria Officia, veluti Pretiosissimi Sanguinis, et Sacratissimi Cordis D. N. J. C. ac septem Dolorum B. M. V., in quibus proprius versus assignatur, ut suis locis ponitur.

4. Responsoria brevia aliarum Horarum, quæ ponuntur in prima Dominica de Adventu, dicuntur per totum Adventum, quando fit Officium de Tempore. Similiter quæ ponuntur in prima Dominica Quadragesimæ, dicuntur usque ad Dominicam Passionis exclusive. Et quæ ponuntur in Dominica Passionis, dicuntur usque ad Feriam quintam in Cœna Domini exclusive. Item quæ ponuntur in Dominica in Albis, dicuntur usque ad Ascensionem exclusive. Quæ vere ponuntur in aliquo Festo habente Octavam, dicuntur per totam Octavam quando fit de Octava. In Officio autem beatæ Mariæ, tam novem quam trium Lectionum, exceptis Festis quæ habent propria, dicuntur semper Responsoria brevia de Communi Virginum.

5. Tempore Paschali, a Dominica in Octava Paschæ usque ad Sabbatum post Pentecosten inclusive, in fine Responsorii brevis ante primum Versum dicuntur duo *Allelúia,* quæ etiam post dictum primum Versum repetuntur pro parte Responsorii ; et in fine secundi Versus unum tantum *Allelúia,* tam in Officio de Tempore quam de Sanctis, ut dicitur in Rubrica quæ est in Sabbato in Albis. Extra tempus Paschale, quamvis in aliquibus Festis ad Tertiam, Sextam et Nonam, Responsoriis brevibus addantur *Allelúia,* non ideo adduntur ad Primam et Completorium.

XXIX. DE CAPITULIS

1. Capitula semper dicuntur (præterquam a Feria quinta in Cœna Domini, usque ad Vesperas Sabbati in Albis exclusive, et præterquam in Officio Defunctorum) ad Vesperas, Laudes et alias Horas, dictis Psalmis et Antiphonis ; ad Completorium vero dicto etiam Hymno.

2. Capitula Dominicalia posita in Psalterio in primis et secundis Vesperis, in Laudibus et Horis, dicuntur a tertia Dominica post Pentecosten usque ad Adventum, et a secunda post Epiphaniam usque ad Septuagesimam. Capitula autem ferialia dicuntur post Octavam Pentecostes usque ad Adventum, et ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam primam Quadragesimæ. Aliis temporibus dicuntur ut in Proprio de Tempore : si fit de

1. Maintenant, depuis le quatrième.

de neuf, soit de trois Leçons, lors même que, durant les Octaves de la sainte Vierge, on ferait d'une Fête ou d'un Dimanche, on dit : *Qui natus es*. A l'Épiphanie et pendant son Octave, ainsi qu'à la Transfiguration on dit : *Qui apparuisti hodie*; depuis le Dimanche de Quasimodo inclusivement jusqu'à l'Ascension exclusivement, à l'Office du Temps comme à celui des Saints (excepté l'Office de la B. V. Marie) : *Qui surrexisti*; de l'Ascension à la Pentecôte exclusivement : *Qui scandis super sidera*; à la Pentecôte et le reste de l'année, tant à l'Office du Temps qu'à celui des Saints : *Qui sedes*, comme au Psautier. En outre, quelques Offices propres, comme ceux du très précieux Sang, du Sacré Cœur de N. S. J. C. et des Sept-Douleurs de la B. V. Marie, ont un Verset propre, comme il est marqué en leur lieu.

4. Les Répons brefs des autres Heures placés au premier Dimanche de l'Avent se disent pendant tout l'Avent, quand on fait l'Office du Temps. De même, ceux qui sont placés au premier Dimanche de Carême se disent jusqu'au Dimanche de la Passion exclusivement; ceux qui sont placés au Dimanche de la Passion se disent jusqu'au jeudi saint exclusivement. Également, ceux qui sont placés au Dimanche de Quasimodo servent jusqu'à l'Ascension exclusivement. Quant à ceux qui sont placés dans quelque Fête ayant Octave, ils se disent pendant toute l'Octave, quand on fait de l'Octave. A l'Office de la Bienheureuse Vierge Marie, tant de neuf que de trois Leçons (excepté à ses Fêtes qui en ont de propres), ce sont toujours les Répons brefs du Commun des Vierges.

5. Au Temps Pascal, depuis le Dimanche qui est l'Octave de Pâques jusqu'au samedi après la Pentecôte inclusivement, à la fin du Répons bref, avant le premier Verset, on dit deux *Alleluia* qui se répètent encore après ce premier Verset au lieu d'une partie du Répons ; et à la fin du second Verset on dit un seul *Alleluia*, tant à l'Office du Temps que des Saints, comme il est marqué dans la Rubrique du samedi *in albis*. Hors le Temps Pascal, quand même on ajouterait en certaines Fêtes des *Alleluia* aux Répons brefs de Tierce, de Sexte et de None, on n'en ajoute pas pour cela à ceux de Prime et de Complies.

XXIX. DES CAPITULES

1. Les Capitules se disent toujours (excepté depuis le Jeudi saint jusqu'aux Vêpres du samedi avant Quasimodo exclusivement, et excepté à l'Office des défunts) à Vêpres, à Laudes et aux Heures, après qu'on a dit les Psaumes et les Antiennes ; mais à Complies, c'est seulement après l'Hymne.

2. Les Capitules dominicaux placés dans le Psautier aux premières et aux secondes Vêpres, à Laudes et aux Heures, se disent depuis le *troisième* Dimanche[1] après la Pentecôte jusqu'à l'Avent, et depuis le second Dimanche après l'Épiphanie jusqu'à la Septuagésime. Les Capitules fériaux se disent après l'Octave de la Pentecôte jusqu'à l'Avent, et depuis l'Octave de l'Épiphanie jusqu'au premier Dimanche de Carême. Dans les autres Temps, ils se disent comme au Propre du Temps ; si l'on fait l'Office des Saints, comme au Propre des Saints, lorsqu'il y a des

Sanctis, ut in Proprio de Sanctis cum propria adsunt ; alioquin de Communi Sanctorum. Capitulum Primæ et Completorii (quando Capitula dicuntur) numquam mutatur, ut in Psalterio.

3. In Dominicis ab Adventu usque ad Octavam Epiphaniæ, et a Septuagesima usque ad tertiam post Pentecosten, et in Feriis temporis Paschalis, et in omnibus Festis regulariter, Capitulum positum in primis Vesperis dicitur in Laudibus, ad Tertiam, et in secundis Vesperis, quibusdam exceptis, quæ suis locis assignantur.

4. In Feriis Tempore Paschali ad Primam dicitur Capitulum *Regi sæculórum*, sicut in Dominicis et in Festis. Post Capitulum semper respondetur *Deo grátias*.

XXX. DE ORATIONE

1. Oratio in Vesperis et Laudibus dicitur post Antiphonas ad *Magnificat* et *Benedictus* immediate, nisi quando dicendæ sunt Preces, quæ dicuntur post Antiphonam, et in fine illarum Oratio. Ad Primam et alias Horas Oratio dicitur post Responsorium breve, nisi dicendæ sint Preces : tunc enim Oratio dicitur post Preces. Ad Completorium Oratio dicitur post Antiphonam *Salva nos*, nisi dicendæ sint Preces : et tunc dicitur post illas.

2. Ad Primam et Completorium numquam mutantur Orationes, quæ habentur in Psalterio, præterquam in triduo ante Pascha, in quo triduo ad omnes Horas usque ad Nonam Sabbati sancti inclusive post Psalmum *Miserére*, dicitur Oratio diei, ut suo loco ponitur. In aliis Horis regulariter dicitur Oratio quæ dicta est in primis Vesperis. In Quadragesima autem, Quatuor Temporibus, Vigiliis, et Feria secunda Rogationum, Oratio quæ dicta est in Laudibus, dicitur tantum ad Tertiam, Sextam et Nonam. In Vesperis autem sequentibus, si fit de Feria, dicitur vel alia propria, ut in Quadragesima, vel Dominicæ præcedentis, ut in aliis Feriis. Quæ Oratio præcedentis Dominicæ semper dicitur in feriali Officio per Hebdomadam, quando propria non assignatur. Infra Octavas dicitur Oratio ut in die Festi : similiter et in die Octava, nisi alia propria assignetur.

3. Ante Orationem, etiam quando aliquis solus recitat Officium, semper dicitur Versus *Dóminus vobíscum*, et respondetur *Et cum spíritu tuo*. Qui Versus non dicitur ab eo qui non est saltem in ordine Diaconatus, nec a Diacono, præsente Sacerdote, nisi de illius licentia. Si quis autem ad Diaconatus ordinem non pervenerit, ejus loco dicat *Dómine, exáudi oratiónem meam*, et respondetur *Et clamor meus ad te véniat*. Deinde dicitur *Orémus*, postea Oratio : quæ si unica tantum dicatur, Versus *Dóminus vobíscum*, vel *Dómine exáudi*, repetitur finita Oratione, postquam fuerit responsum *Amen*. Sin autem plures Orationes dicendæ sint, ante quamlibet Orationem dicitur Antiphona et Versus, deinde *Orémus :* et post ultimam Orationem repetitur *Dóminus vobíscum :* postea dicitur *Benedicámus*

1. Cf. Note précédente.

Capitules propres ; autrement on les prend au Commun des Saints Le Capitule de Prime et de Complies (quand on dit des Capitules), est invariablement comme au Psautier.

3. Aux Dimanches depuis l'Avent jusqu'à l'Octave de l'Épiphanie, et depuis la Septuagésime jusqu'au *troisième* Dimanche[1] après la Pentecôte, et aux Féries du Temps Pascal, et à toutes les Fêtes, régulièrement le Capitule placé aux premières Vêpres sert pour Laudes, Tierce, et les secondes Vêpres, sauf quelques exceptions marquées en leur lieu.

4. Aux Féries du Temps Pascal, à Prime, on dit le Capitule *Regi saeculorum*, comme aux Dimanches et aux Fêtes. Après le Capitule, on répond toujours *Deo gratias*.

XXX. DE L'ORAISON

1. A Vêpres et à Laudes, l'Oraison suit immédiatement les Antiennes du *Magnificat* et du *Benedictus*, à moins qu'on ne doive dire les Prières, car ces Prières suivent l'Antienne et précèdent l'Oraison. A Prime et aux autres Heures, l'Oraison suit le Répons bref, à moins qu'on ne doive réciter les Prières ; en ce cas l'Oraison vient après les Prières. A Complies, l'Oraison se dit après l'Antienne *Salva nos*, à moins qu'on ne doive dire les Prières, car alors elle suit ces Prières.

2. A Prime et à Complies, on ne change jamais les Oraisons du Psautier, excepté aux trois jours avant Pâques ; ces trois jours-là, à toutes les Heures, jusqu'à None du Samedi saint inclusivement, on dit l'Oraison du jour après le Psaume *Miserere*, comme il est indiqué en son lieu. Aux autres Heures, régulièrement, on prend l'Oraison dite aux premières Vêpres. En Carême, aux Quatre-Temps, aux Vigiles et le Lundi des Rogations, l'Oraison de Laudes ne se répète qu'à Tierce, Sexte et None. Mais aux Vêpres suivantes, si l'on fait de la Férie, on dit une autre Oraison propre, comme en Carême, ou celle du Dimanche précédent, comme aux autres Féries. Cette Oraison du Dimanche précédent se dit toujours à l'Office férial pendant la semaine, quand il n'y a pas d'Oraison propre. Pendant les Octaves, on dit l'Oraison comme au jour de la Fête ; on fait de même au jour Octave, à moins qu'une Oraison particulière ne lui soit assignée.

3. Avant l'Oraison, même quand on récite seul son Office, on doit toujours dire le Verset : *Dominus vobiscum*, et le Répons : *Et cum spiritu tuo*. Ce Verset n'est pas dit par celui qui n'est pas au moins dans l'ordre du Diaconat ; ni par un Diacre en présence d'un Prêtre, si ce n'est avec sa permission. Celui qui n'est pas Diacre dit : *Domine, exaudi orationem meam*, et il est répondu : *Et clamor meus ad te veniat*. On dit ensuite *Oremus*, puis l'Oraison : s'il n'y en a qu'une, aussitôt qu'elle est finie et qu'on a répondu : *Amen*, on répète le Verset : *Dominus vobiscum*, ou : *Domine, exaudi orationem meam*. Mais s'il y en a plusieurs, avant chacune on dit une Antienne et un Verset, ensuite *Oremus*, et après la dernière Oraison on répète : *Dominus vobiscum*, puis on ajoute : *Benedicamus Domino*, avec le Répons : *Deo gratias*. Et enfin le Verset : *Fidelium animae*, lequel ne se dit point après *Benedicamus Domino* à Prime avant *Pretiosa*, ni à Complies avant le Verset : *Benedicat*, ni lorsque, immédia-

Dómino, respondetur *Deo grátias*. Deinde dicitur Versus *Fidélium ánimæ :* qui Versus non dicitur post *Benedicámus Dómino*, ad Primam ante *Pretiósa, etc.*, neque ad Completorium ante Versum *Benedícat etc.*, nec quando post aliquam Horam immediate sequitur Officium parvum beatæ Mariæ, vel Officium Defunctorum, aut Septem Psalmi Pœnitentiales, vel solæ Litaniæ.

4. Si Oratio dirigatur ad Patrem, concluditur *Per Dóminum* ; si ad Filium, *Qui vivis et regnas*. Si in principio Orationis fiat mentio Filii, dicatur *Per eúmdem* si in fine Orationis, dicatur *Qui tecum vivit et regnat*. Si fiat mentio Spiritus Sancti, dicatur *In unitáte ejúsdem Spíritus Sancti, etc.*

5. Quando plures Orationes dicuntur, prima tantum dicitur sub sua conclusione *Per Dóminum*, vel aliter, ut supra, aliæ non concluduntur, nisi in ultima Oratione ; sed unicuique Orationi semper præponitur *Orémus*, præterquam in Officio Defunctorum, in quo, alio modo quam ut supra Orationes dicuntur : item in Litaniis, Orationes omnes dicuntur conjunctim sub uno *Orémus*, ut suis locis habetur.

XXXI. DE HYMNO TE DEUM

1. Hymnus *Te Deum* dicitur in omnibus Festis per annum, tam trium quam novem Lectionum, et per eorum Octavas, excepto Festo sanctorum Innocentium, nisi venerit in Dominica ; dicitur tamen in ejus die Octava. Dicitur etiam in omnibus Dominicis a Pascha Resurrectionis inclusive, usque ad Adventum exclusive ; et a Nativitate Domini inclusive, usque ad Septuagesimam exclusive, et in omnibus Feriis temporis Paschalis, scilicet a Dominica in Albis usque ad Ascensionem, excepta Feria secunda Rogationum, in qua non dicitur.

2. Non dicitur autem in Dominicis Adventus, et a Septuagesima usque ad Dominicam Palmarum inclusive, neque in Feriis extra tempus Paschale.

3. Cum dicitur, omittitur semper nonum, vel tertium Responsorium, et statim dicitur post ultimam Lectionem.

4. Cum non dicitur, ejus loco ponitur nonum, vel tertium Responsorium ; quo dicto statim inchoantur Laudes. Similiter quando dicitur *Te Deum*, eo Hymno dicto statim inchoantur Laudes, præterquam in nocte Nativitatis Domini ; quia tunc dicitur Oratio, postea celebratur Missa, ut suo loco notatur.

XXXII. DE ORATIONE DOMINICA ET SALUTATIONE ANGELICA

1. Oratio Dominica *Pater noster*, et Salutatio Angelica *Ave María*, semper dicitur secreto ante omnes Horas, præterquam ad Completorium, in cujus principio post Lectionem brevem *Fratres : Sóbrii*, dicto Versu *Adjutórium nostrum*, dicitur tantum *Pater noster*, secreto ; et in fine Completorii, statim post Orationem beatæ Mariæ, dicitur *Pater noster, Ave María*, et *Credo*, totum similiter secreto. Finitis Horis, et dicto Versu *Fidélium ánimæ*, dicitur similiter secreto *Pater noster* tantum, nisi

tement après une Heure, on récite le petit Office de la Sainte Vierge, ou l'Office des défunts, ou les sept Psaumes pénitentiaux, ou les seules Litanies.

4. Voici les différentes manières de conclure une Oraison : *Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum,* quand elle s'adresse au Père ; *Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus,* quand elle s'adresse au Fils ; *Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum,* quand le Fils est nommé au commencement de l'Oraison ; *Qui tecum vivit et regnat,* lorsque cette mention est faite à la fin ; *In unitate ejusdem Spiritus Sancti,* lorsqu'il est fait mention du Saint-Esprit.

5. Quand il y a plusieurs Oraisons, la première seule admet la conclusion : *Per Dominum,* ou l'une des conclusions précitées : on ne conclut pas les Oraisons suivantes, si ce n'est la dernière ; mais chacune est précédée du mot *Oremus,* excepté à l'Office des défunts, où les Oraisons se disent d'une autre manière ; de même aux Litanies toutes les Oraisons se disent conjointement sous un seul : *Oremus,* comme il est marqué en son lieu.

XXXI. DE L'HYMNE « TE DEUM »

1. A toutes les Fêtes de l'année, tant de trois que de neuf Leçons et en leurs Octaves, on dit l'Hymne *Te Deum,* excepté à la Fête des SS. Innocents, si elle n'arrive pas un Dimanche ; toutefois on le dit en son jour Octaval. Il se dit également tous les Dimanches depuis Pâques inclusivement jusqu'à l'Avent exclusivement, et depuis Noël inclusivement jusqu'à la Septuagésime exclusivement, et à toutes les Féries du Temps Pascal, c'est-à-dire, depuis le Dimanche de Quasimodo jusqu'à l'Ascension, excepté le lundi des Rogations où on l'omet.

2. On l'omet aussi les Dimanches de l'Avent, et depuis la Septuagésime jusqu'au Dimanche des Rameaux inclusivement, ainsi qu'aux Féries en dehors du Temps Pascal.

3. Quand il se dit, on omet toujours le neuvième ou le troisième Répons, et on le dit aussitôt après la dernière Leçon.

4. Quand on ne doit pas le dire, on met à sa place un neuvième ou un troisième Répons, après lequel on commence Laudes. De même quand on dit le *Te Deum,* les Laudes le suivent immédiatement, excepté la nuit de Noël, parce qu'alors on dit l'Oraison, puis on célèbre la Messe comme il est marqué en son lieu.

XXXII. DE L'ORAISON DOMINICALE ET DE LA SALUTATION ANGÉLIQUE

1. L'Oraison dominicale et la Salutation angélique se récitent toujours à voix basse avant toutes les Heures, excepté à Complies ; car, au commencement de cette Heure, après la Leçon brève : *Fratres, sobrii,* et le Verset : *Adjutorium nostrum,* on dit seulement le *Pater noster* à voix basse. A la fin des Complies, aussitôt après l'Oraison de la sainte Vierge, on dit le *Pater noster,* l'*Ave Maria* et le *Credo* ; le tout également à voix basse. A la fin des Heures, après la récitation du Verset : *Fidelium animae,*

sequatur Officium beatæ Mariæ, quia tunc post illud dicitur *Pater noster*, ut supra, et nisi alia Hora subsequatur : tunc enim dic tur semel tantum *Pater noster*, cum *Ave Maria*, pro principio sequentis Horæ ; qua finita, dicitur *Pater noster*, ita ut semper dicatur in fine ultimæ Horæ. Si autem post Vesperas immediate sequatur Completorium, dicto *Fidélium ánimæ* incipitur Versus *Jube, domne, benedícere*.

2. Quando in fine Orationis Dominicæ proferendum est clara voce *Et ne nos indúcas*, semper in principio eadem voce proferuntur hæc duo verba *Pater noster*, ut in Precibus, et similibus : alias numquam proferuntur, sed dicitur totum secreto. Ad Laudes vero et Vesperas quando in feriali Officio dicuntur Preces, totum dicitur clara voce ab Hebdomadario.

3. Salutatio Angelica semper dicitur ante Officium beatæ Mariæ, quando non conjungitur cum Officio Domini ; quia tunc sufficit dixisse eam in principio cum Oratione Dominica.

XXXIII. DE SYMBOLO APOSTOLORUM ET SYMBOLO S. ATHANASII

1. Symbolum Apostolorum semper dicitur ante Matutinum et Primam. et finito Completorio post Orationem Angelicam, totum secreto : etiamsi ad Primam et Completorium iterum dicendum sit cum Precibus. Quando vero dicitur cum Precibus ad Primam et Completorium, clara voce profertur *Credo in Deum*, et in fine *Carnis resurrectiónem* : reliquum dicitur secreto : alias totum secreto dicitur, ut supra.

2. Symbolum S. Athanasii dicitur ad Primam post Psalmum *Retríbue*, in omnibus Dominicis per annum, quando Officium fit de Dominica, exceptis Dominicis infra Octavas Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, et Corporis Christi, ac Dominica Resurrectionis et Pentecostes, in quibus dicuntur tantum tres Psalmi consueti, ut in Festis. In Dominicis infra alias Octavas, et in Dominica Trinitatis dicitur ; alias numquam, neque si aliquod Festum Duplex celebretur in Dominica. Et in fine illius dicitur *Glória Patri*.

XXXIV. DE PRECIBUS

1. Preces sunt aliquot Versus qui aliquando dicuntur ante Orationem, incipientes a *Kyrie eléison* vel a *Pater noster*.

2. Preces Dominicales ad Primam et Completorium, ut in Psalterio, non dicuntur in Duplicibus, nec infra Octavas, nec in Vigilia Epiphaniæ, et Feria sexta et Sabbato post Octavam Ascensionis, etiamsi infra Octavam fiat Officium de Dominica, vel alio Festo Semiduplici, quia tunc ratione Octavæ non dicuntur ; alias autem semper dicuntur.

3. Preces feriales ad Laudes et per Horas distinctæ, ut in Psalterio,

1. Cf. p. 77, Titre VIII, nº 2.

on dit de même à voix basse le *Pater noster* seulement, à moins que l'Office de la sainte Vierge ne suive, parce qu'alors le *Pater noster* se dit après cet Office, comme ci-dessus, et à moins qu'on ne dise une autre Heure, car alors on récite une fois seulement le *Pater noster* avec l'*Ave Maria*, pour le commencement de l'Heure suivante, après laquelle on dit le *Pater noster*, en sorte qu'on le récite toujours à la fin de la dernière Heure. Si les Vêpres sont suivies immédiatement des Complies, après *Fidelium animae*, on dit aussitôt le Verset : *Jube domne, benedicere.*

2. Quand, à la fin de l'Oraison dominicale, on doit prononcer à haute voix : *Et ne nos inducas*, au commencement on dit également à haute voix ces deux mots : *Pater noster*, comme dans les Prières et circonstances semblables ; ailleurs on la dit tout entière à voix basse. A Laudes et à Vêpres, quand on dit les Prières à l'Office férial, elle est prononcée tout entière à haute voix par l'Hebdomadaire.

3. La Salutation angélique précède toujours l'Office de la sainte Vierge, quand cet Office n'est pas joint à celui du Seigneur ; parce qu'alors il suffit de l'avoir dite au commencement avec l'Oraison dominicale.

XXXIII. DU SYMBOLE DES APÔTRES ET DU SYMBOLE DE SAINT ATHANASE

1. Le Symbole des Apôtres se dit toujours avant Matines et Prime et à la fin de Complies, après la Salutation angélique, tout entier à voix basse, quand même à Prime et à Complies on devrait le redire avec les Prières. Mais quand on le dit avec les Prières à Prime et à Complies, on doit prononcer à haute voix : *Credo in Deum*, et à la fin : *Carnis resurrectionem* ; le reste se récite à voix basse. Ailleurs on le dit tout entier à voix basse, comme ci-dessus.

2. Le Symbole de saint Athanase se dit après le Psaume *Retribue* à Prime, *tous les Dimanches de l'année, lorsque l'Office est du Dimanche*, excepté les Dimanches dans les Octaves de Noël, de l'Épiphanie, de l'Ascension et de la Fête-Dieu, et les Dimanches de Pâques et de la Pentecôte, où il n'y a que les trois Psaumes accoutumés, comme aux Fêtes. *On le dit aux Dimanches dans les autres Octaves*[1] et le Dimanche de la Trinité ; jamais les autres jours, ni le Dimanche si on y célèbre un Fête double. Et à la fin de ce Symbole on dit *Gloria Patri.*

XXXIV. DES PRIÈRES

1. Les Prières sont certains Versets qui précèdent quelquefois l'Oraison ; elles commencent par *Kyrie eleison* ou par *Pater noster.*

2. Les Prières dominicales de Prime et de Complies, comme elles sont au Psautier, ne se disent pas aux Doubles, ni pendant les Octaves, ni à la Vigile de l'Épiphanie, ni le Vendredi et le Samedi après l'Octave de l'Ascension, lors même que pendant l'Octave on ferait l'Office du Dimanche ou d'une autre Fête semi-double, parce qu'alors, à raison de l'Octave, elles ne se disent pas : autrement on ne les omet jamais.

3. Les Prières fériales, marquées à Laudes et aux autres Heures comme on le voit au Psautier, se disent seulement aux Féries de l'Avent,

dicuntur tantum in Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, et Vigiliarum quæ jejunantur (exceptis Vigilia Nativitatis Domini, ac Vigilia et Quatuor Temporibus Pentecostes), et tunc dicuntur flexis genibus. In aliis Feriis per annum numquam dicuntur nisi Dominicales, et in illis non flectuntur genua.

4. In Feriis Adventus, Quadragesimæ, et Quatuor Temporum, dicuntur Preces feriales etiam ad Vesperas, si non sequatur Festum : ad Completorium dicuntur consuetæ de Dominica, sed flexis genibus. Dicuntur autem Preces flexis genibus ab Hebdomadario usque ad Versum *Dóminus vobíscum* ante primam Orationem : a circumstantibus autem, usque ad Versum *Benedicámus Dómino*, post ultimam Orationem.

5. In Vigiliis Preces feriales dicuntur tantum ad Matutinum, et per Horas : ad Vesperas vero sequentes non dicuntur, quia inde fit de Festo. Quod si post Vigiliam S. Matthiæ sequatur primus dies Quadragesimæ in Vesperis dicuntur Preces feriales, quamvis dicenda sit Oratio Dominicæ præcedentis, et non Vigiliæ. Quod etiam servatur quando in Feria sexta et Sabbato Quatuor Temporum Septembris fit Officium de Feria, cum in eis non occurrat Festum novem Lectionum : tunc enim in Vesperis Feriæ sextæ dicuntur Preces, quamvis dicenda sit Oratio Dominicæ præcedentis, non autem Feriæ Quatuor Temporum.

6. Psalmus *Miserére* dicitur cum Precibus ad Vesperas tantum, et Psalmus *De profúndis* ad Laudes. In Officio Defunctorum dicuntur Psalmi, qui in eo Officio designantur.

XXXV. DE COMMEMORATIONIBUS COMMUNIBUS, SEU SUFFRAGIIS SANCTORUM

1. Commemorationes communes, seu Suffragia de Sanctis quæ habentur in Psalterio post Vesperas Sabbati, dicuntur in fine Vesperarum et Laudum, ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam Passionis exclusive, et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum exclusive, in Dominicis, Feriis et Festis (nisi Officium sit Duplex, vel infra Octavas, etiamsi de Dominica, vel Semiduplici infra eas fiat), et illis adjungitur Commemoratio de Patrono, vel Titulo Ecclesiæ, ante vel post Commemorationem de sancta Maria, de sancto Joseph, et de Apostolis, pro dignitate illius ; ita tamen, ut semper ultimo loco ponatur Commemoratio de Pace. Et ante illas in feriali Officio fit Commemoratio de Cruce, quæ habetur in Psalterio post Laudes Feriæ secundæ.

2. Tempore Paschali fit alia Commemoratio de Cruce, ut ibi ponitur in Laudibus Feriæ secundæ post Dominicam in Albis, et ea solum tunc dicitur ; non tamen in Duplicibus, neque infra Octavas, neque in Officio votivo de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, aut de Passione Domini.

3. Si facienda sit Commemoratio alicujus Festi occurrentis, semper fit ante ipsa Suffragia consueta, etiam ante Commemorationem de Cruce.

4. Commemoratio de sancta Maria non fit cum aliis, quando dicitur ejus Officium parvum, nec quandocumque fit Officium de ea.

---

1. Cf. p. 77, Titre VIII, n° 3.

du Carême, des Quatre-Temps et des Vigiles qui sont jeûnées (excepté la Vigile de Noël et la Vigile et les Quatre-Temps de la Pentecôte), et alors on les récite à genoux. Aux autres Féries de l'année, on ne dit jamais que les Prières dominicales, et on n'y fléchit pas les genoux.

4. Aux Féries de l'Avent, du Carême et des Quatre-Temps, les Prières fériales se disent même à Vêpres, s'il n'y a pas une Fête le lendemain ; à Complies on récite en ces jours les Prières accoutumées du Dimanche, mais à genoux. L'Hebdomadaire se lève au Verset *Dominus vobiscum* avant la première Oraison, mais les assistants continuent d'être à genoux jusqu'au Verset *Benedícamus Domino* après la dernière Oraison.

5. Les Vigiles ne comportent les Prières fériales qu'à Matines et aux Heures, on ne les dit point aux Vêpres suivantes, parce qu'on y fait déjà de la Fête. Si la Vigile de saint Mathias est suivie du premier jour de Carême, à Vêpres on récite les Prières fériales, bien que l'Oraison soit celle du Dimanche précédent, et non celle de la Vigile. Cela s'observe aussi lorsque, le Vendredi et le Samedi des Quatre-Temps de septembre, l'Office est de la Férie, parce qu'il ne s'y rencontre pas un Office de neuf Leçons ; car alors, aux Vêpres du Vendredi il y a récitation de Prières, bien que l'Oraison soit celle du Dimanche précédent, et non celle de la Férie des Quatre-Temps.

6. Le Psaume *Miserere* se dit avec les Prières aux Vêpres seulement, et le Psaume *De profundis* à Laudes. A l'Office des défunts, on dit les Psaumes qui sont désignés dans cet Office.

XXXV. DES MÉMOIRES COMMUNES OU SUFFRAGES DES SAINTS

1. Les Mémoires communes ou Suffrages des Saints, placés au Psautier après les Vêpres du Samedi, se disent à la fin de Vêpres et de Laudes, depuis l'Octave de l'Épiphanie jusqu'au Dimanche de la Passion exclusivement, et depuis l'Octave de la Pentecôte jusqu'à l'Avent exclusivement, dans les Dimanches, les Féries et les Fêtes à moins que l'Office ne soit double ; on les omet dans les Octaves, quand même on ferait d'un Dimanche ou d'un Semi-double pendant ces Octaves. *On y ajoute la Mémoire du Patron ou Titre d'église, avant ou après la Mémoire de la sainte Vierge, de saint Joseph et des Apôtres, suivant sa dignité, de sorte cependant qu'on mette toujours en dernier lieu la Mémoire de la Paix*[1]. A l'Office férial, la Mémoire de la Croix précède toutes les autres : elle se trouve au Psautier après les Laudes du Lundi.

2. Le Temps Pascal a une Mémoire de la Croix particulières, elle est placée aux Laudes du Lundi après le Dimanche de Quasimodo, alors on ne dit que celle-là ; et encore l'omet-on aux Doubles, pendant les Octaves, et à l'Office votif du Très Saint Sacrement ou de la Passion de notre Seigneur.

3. Si l'on doit faire Mémoire d'une Fête occurrente, on la place toujours avant les Suffrages accoutumés, même avant la Mémoire de la Croix.

4. La Mémoire *Sancta Maria* s'omet quand l'Office est de la sainte Vierge ou quand on récite son petit Office.

XXXVI. DE ANTIPHONIS BEATÆ MARIÆ IN FINE OFFICII

1. Antiphonæ beatæ Mariæ positæ in fine Psalterii post Completorium, singulæ dicuntur pro temporis diversitate, ut ibi annotatur, præterquam in triduo Majoris Hebdomadæ ante Pascha.

2. Dicuntur autem extra Chorum, tantum in fine Completorii, et in fine Matutini, dictis Laudibus, si tunc terminandum sit Officium ; alioquin, si alia subsequatur Hora, in fine ultimæ Horæ. In Choro autem semper dicuntur quandocumque terminata aliqua Hora discedendum est a Choro.

3. Numquam vero dicuntur post aliquam Horam, quando subsequitur cum Officio diei Officium Defunctorum, vel Septem Psalmi Pœnitentiales, aut Litaniæ, præterquam post Completorium, in quo semper dicuntur, etiamsi prædicta subsequantur : neque etiam dicuntur quando post aliquam Horam immediate subsequitur Missa. Dicuntur autem flexis genibus (præterquam in diebus Dominicis, a primis Vesperis Sabbati, et toto tempore Paschali), Hebdomadario tamen ad Orationem surgente.

XXXVII. DE OFFICIO PARVO BEATÆ MARIÆ ET ALIIS

1. De Officio parvo beatæ Mariæ, de Officio Defunctorum, de Septem Psalmis Pœnitentialibus, et Litaniis, et de Psalmis Gradualibus, quando et quomodo, tam in Choro quam extra Chorum dicenda sint, habentur suis locis propriæ Rubricæ circa finem Breviarii.

2. Tempore Paschali in Officio parvo beatæ Mariæ, quod dicitur in Choro, non additur *Allelúia* Antiphonis, neque Versibus, neque Responsoriis.

ADDITIONES ET VARIATIONES

IN RUBRICIS BREVIARII AD NORMAM BULLÆ « DIVINO AFFLATU »

TIT. I. — *De ratione divini Officii recitandi*

In recitatione divini Officii juxta Romanum Ritum Psalmi quotidie sumendi sunt ad singulas Horas canonicas de occurrenti hebdomadæ die, prout distribuuntur in Psalterio.

2. Excipiuntur tamen omnia Festa novem Lectionum Domini, beatæ Mariæ Virginis, Angelorum, sancti Joannis Baptistæ, sancti Joseph, Apostolorum, Evangelistarum, omnia Duplicia I et II classis aliorum Sanctorum, Vigiliæ Epiphaniæ et Pentecostes, Dominicæ infra Octavas et integræ Octavæ Domini quæ in universali Ecclesia recoluntur, et

1 On trouvera l'Office des Défunts à la fin du Fascicule 13 de Novembre, les Psaumes pénitentiels et les Litanies au supplément II. Nous n'avons pas retenu le petit office de

XXXVI. DES ANTIENNES DE LA SAINTE VIERGE A LA FIN DE L'OFFICE

1. Les Antiennes de la sainte Vierge, placées à la fin du Psautier après Complies, se disent chacune selon le Temps, comme il est marqué en cet endroit, excepté aux trois derniers jours de la Semaine sainte.

2. Hors du chœur, elles se disent seulement à la fin de Complies, et à la fin de Laudes, si l'Office se termine par Laudes ; autrement, si on le continue, elles se placent à la fin de la dernière Heure. Mais, au chœur, on les récite toutes les fois qu'à la fin d'une Heure, on doit quitter le chœur.

3. Jamais on ne les dit après une Heure, quand l'Office du jour est suivi de l'Office des défunts, ou des sept Psaumes de la pénitence, ou des Litanies, excepté après Complies où elles se disent toujours, quand même on devrait ajouter l'Office, les Psaumes ou les Litanies que nous venons d'indiquer. On ne les dit pas non plus après une Heure immédiatement suivie de la Messe. Elles se disent à genoux (sauf les Dimanches depuis les premières Vêpres du Samedi, et tout le Temps Pascal) ; toutefois, l'Hebdomadaire se lève pour l'Oraison.

XXXVII. DU PETIT OFFICE DE LA B. V. MARIE
ET DU SUPPLÉMENT DU BRÉVIAIRE

1. Vers la fin du Bréviaire[1], il y a des Rubriques à consulter pour savoir quand et comment on doit réciter, soit au chœur, soit hors du chœur, le petit Office de la sainte Vierge, l'Office des défunts, les Psaumes pénitentiaux, les Litanies et les Psaumes graduels.

2. En temps Pascal, dans le petit Office de la sainte Vierge qui se dit au chœur, on n'ajoute *Alleluia*, ni aux Antiennes, ni aux Versets, ni aux Répons.

ADDITIONS ET MODIFICATIONS

APPORTÉES AUX RUBRIQUES DU BRÉVIAIRE, SUIVANT LES PRESCRIPTIONS DE LA BULLE *DIVINO AFFLATU*

TITRE I. — *De la manière de réciter l'Office divin*

1. Pour la récitation de l'Office divin selon le Rite romain, les Psaumes doivent se prendre pour chacune des Heures canoniales au jour occurrent de la semaine, selon la distribution du Psautier.

2. A cette règle font exception : toutes les Fêtes à neuf Leçons du Seigneur, de la bienheureuse Vierge Marie, des Anges, de saint Jean-Baptiste, de saint Joseph, des Apôtres, des Évangélistes ; tous les Doubles de Ire et de IIe classe des autres Saints, les Vigiles de l'Épiphanie et de la Pentecôte, les Dimanches dans les Octaves et les Octaves entières

la Sainte Vierge et les Psaumes Graduels qui ne sont plus d'usage dans le clergé séculier et dans la plupart des Ordres religieux tenus au Grand Office.

Feria VI post Octavam Ascensionis, quorum omnium Officium persolvendum est prout assignatur vel in Breviario, vel in Proprio Diœcesis aut Instituti ; hac tamen lege, ut Psalmi ad Laudes, Horas et Completorium semper sumantur ex Dominica, ut in Psalterio, ad Matutinum vero et ad Vesperas dicantur ut in Communi, nisi speciales Psalmi sint assignati. Item excipiuntur Vigilia Nativitatis Domini, tres ultimi dies Hebdomadæ Majoris et Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum, in quibus Psalmi dicuntur proprio loco adnotati.

3. In quolibet alio Festo Duplici, etiam majori, vel Semiduplici, vel Simplici, et per omnes Octavas supra non exceptas, semper dicuntur Psalmi, cum Antiphonis ad omnes Horas, et Versibus ad Matutinum, ut in Psalterio de occurrenti hebdomadæ die ; reliqua omnia, et Antiphonæ ad *Magnificat* et *Benedictus*, ut in Proprio aut Communi. Quod si aliquod ex Festis Duplicibus aut Semiduplicibus proprias vel peculiariter assignatas habeat Antiphonas in aliqua Hora majori, eas in eadem Hora cum suis Psalmis, et ad Matutinum etiam Versibus, retinet ; in ceteris Horis Psalmi et Antiphonæ dicuntur de Feria occurrenti.

4. In omnibus novem Lectionum Officiis in I Nocturno dicuntur semper Lectiones de Scriptura occurrenti juxta Rubricas, adhibitis Responsoriis quæ singulis Feriis assignantur, dummodo resumendæ vel anticipandæ non sint Lectiones cujusvis Dominicæ impeditæ, quæ semper dicuntur cum suis Responsoriis ; aut primo non sint ponenda, juxta proprias Rubricas, Responsoria Feriæ II infra Hebdomadam I post Epiphaniam vel Feriæ II infra Hebdomadam I post Octavam Pentecostes ; aut demum non occurrant Octavæ Domini quæ in universa Ecclesia recoluntur, in quibus semper adhibenda sunt Responsoria de Octava. In Festis tamen Domini, beatæ Mariæ Virginis, Angelorum, sancti Joannis Baptistæ, sancti Joseph, Apostolorum, Evangelistarum, in omnibus Duplicibus I vel II classis, in aliis Festis quæ propria habeant Responsoria, et in Officiis quibusvis quæ Lectiones pariter habeant proprias vel quæ occurrant in Feriis Lectiones de Scriptura nullimode habentibus, tam Lectiones quam Responsoria, quæ propria non sint, sumuntur de Communi juxta Rubricas ; adhibitis tamen, per Octavas, Responsoriis de Festo, si propria de ipsa Octava non habeantur. Quod si in Festis vel Officiis, quæ Lectiones etiam proprias habeant, reponendæ sint juxta Rubricas Lectiones de aliquo Initio Scripturæ occurrentis, eæ leguntur cum Responsoriis propriis de Festo, si hæc habeantur, secus de Tempore, ut supra[1] ; numquam vero cum Responsoriis de Communi aut de Octava, quæ non sit de Tempore.

5. Porro sic persolvendum est Officium in Festis Duplicibus et Semi-

1. Les Féries du Carême, des Quatre Temps et des Vigiles, au lieu de Leçons de l'Écriture, ont l'Homélie de l'Évangile du jour.

du Seigneur qui sont célébrées dans l'Église universelle, et la VI° férie après l'Octave de l'Ascension, car tout l'Office de ces jours est à réciter selon qu'il est marqué soit au Bréviaire, soit au Propre du Diocèse ou de l'Institut, en observant toutefois que les Psaumes pour Laudes, les Heures et Complies se prennent toujours du Dimanche comme au Psautier, mais qu'à Matines et à Vêpres, ils se disent comme au Commun, à moins que des Psaumes spéciaux ne soient assignés. Font aussi exception la Vigile de la Nativité du Seigneur, les trois derniers jours de la Semaine sainte et la Commémoration de tous les Fidèles défunts, jours auxquels se disent les Psaumes indiqués en leur propre lieu.

3. En toute autre Fête double, même majeure, ou semi-double ou simple et durant toutes les Octaves non exceptées ci-dessus, les Psaumes avec leurs Antiennes, à toutes les Heures, et avec leurs Versets à Matines, se disent toujours du jour occurrent de la semaine, comme au Psautier. On prend tout le reste ainsi que les Antiennes de *Magnificat* et de *Benedictus*, au Propre ou au Commun. Si quelque fête double ou semi-double se trouve avoir en quelque Heure majeure des Antiennes propres ou particulièrement assignées, elle les gardera pour cette même Heure avec leurs Psaumes, et à Matines aussi avec les Versets ; tandis qu'aux autres Heures, les Psaumes et les Antiennes se diront de la Férie occurrente.

4. En tous les Offices à neuf Leçons, les Leçons du premier Nocturne se disent toujours de l'Écriture occurrente, conformément aux Rubriques et l'on y ajoute les Répons assignés à chaque Férie ; pourvu qu'il n'y ait pas à reprendre ou à anticiper les Leçons de quelque Dimanche empêché, car celles-ci se disent toujours avec leurs Répons ; pourvu encore qu'il n'y ait pas lieu de mettre d'abord, selon leurs propres Rubriques, les Répons de la II° Férie dans la première semaine après l'Épiphanie ou de la II° Férie de la première semaine après l'Octave de la Pentecôte ; pourvu enfin qu'il n'y ait pas occurrence d'Octaves du Seigneur célébrées dans l'Église universelle, car en celles-ci l'on dit toujours les Répons de l'Octave. Cependant aux Fêtes du Seigneur, de la Bienheureuse Vierge Marie, des Anges, de saint Jean-Baptiste, de saint Joseph, des Apôtres, des Évangélistes, à tous les Doubles de Ire et de II° classe, aux autres Fêtes ayant des Répons propres et aux divers Offices ayant pareillement des Leçons propres, ou bien se rencontrant aux Féries qui n'ont point de Leçons de l'Écriture [1], les Leçons aussi bien que les Répons non propres se prennent au Commun, selon les Rubriques ; toutefois durant les Octaves, on emploie les Répons de la Fête, s'il n'y en a pas de Propres à l'Octave elle-même. Si, aux Fêtes ou aux Offices ayant des Leçons propres, on se trouve devoir replacer selon les Rubriques les Leçons de quelque *Incipit* de l'Écriture occurrente, celles-ci se lisent avec les Répons propres à la Fête, s'il y en a, sinon avec ceux du Temps comme il est dit ci-dessus, jamais avec les Répons du Commun ou d'une Octave qui n'appartiendrait pas au Propre du Temps.

5. Voici donc comment on doit s'acquitter de l'Office aux Fêtes doubles

duplicibus superius non exceptis, cauto quod ultimæ tres Antiphonæ cum Psalmis ad Matutinum Feriæ IV et omnes Antiphonæ cum Psalmis ad Laudes cujusque Feriæ semper sumuntur de 1 loco, et Versus Nocturnorum atque Antiphonæ ad Horas, etiam Tempore Adventus, Quadragesimæ et Passionis, dicuntur ut per Annum :

Ad Matutinum Invitatorium, Hymnus, Lectiones cum Responsoriis II et III Nocturni propria vel de Communi ; Antiphonæ vero, Psalmi et Versus trium Nocturnorum, necnon Lectiones cum Responsoriis I Nocturni, de Feria occurrenti.

Ad Laudes et ad Vesperas Antiphonæ cum Psalmis, de Feria ; Capitulum, Hymnus, Versus et Antiphona ad *Benedictus* et ad *Magnificat* cum Oratione, aut ex Proprio aut de Communi.

Ad Horas minores et Completorium Antiphonæ cum Psalmis semper dicuntur de occurrenti Feria. Ad Primam pro Lectione brevi legitur Capitulum Nonæ ex Proprio aut de Communi. Ad Tertiam, Sextam et Nonam Capitulum, Responsorium breve et Oratio pariter sumuntur aut ex Proprio aut de Communi.

6. In Officio sanctæ Mariæ in Sabbato et in Festis Simplicibus Officium sic persolvendum est : ad Matutinum Invitatorium et Hymnus dicuntur de eodem Officio vel de iisdem Festis ; Psalmi cum suis Antiphonis et Versu de Feria occurrenti, ut supra ; I et II Lectio cum suis Responsoriis de Feria, III vero Lectio de Officio vel Festo ; ad Laudes et Vesperas Antiphonæ cum Psalmis semper de Feria ; Capitulum, Hymnus, Versus et Antiphona ad *Benedictus* vel ad *Magnificat* cum Oratione, aut ex Proprio aut de Communi ; ad reliquas autem Horas omnia dicuntur ut supra de Festis Duplicibus aut Semiduplicibus ordinatur.

7. Similiter ordinatur Officium de omnibus Octavis num. 2 non exceptis, juxta qualitatem ritus Duplicis vel Semiduplicis, aut Simplicis, sumptis tamen omnibus quæ propria vel de Communi sumenda edicuntur, de ipso die Festo, nisi tamen propria de Octava habeantur. Lectiones vero II et III Nocturni in diebus infra Octavam quæ proprias item non habeant, sumuntur aut ex Octavario aut de Communi juxta Rubricas ; sed, quando non habeantur Lectiones de Homilia in Evangelium Festi, tam infra Octavam quam in die Octava, Lectiones III Nocturni dicuntur ut in Festo.

8. In omnibus Officiis ritus Simplicis Psalmi ad Matutinum, qui in Psalterio in tres Nocturnos dispositi inveniuntur, sine interruptione dicuntur, cum suis novem Antiphonis extra Tempus Paschale, Tempore autem Paschali sub una tantum Antiphona, usque ad tertium Versum inclusive, omissis Versibus primo et secundo.

TIT. II. — *De Festorum præstantia*

1. Ut recte dignoscatur quale ex pluribus Officiis sit nobilius et proinde sive in occurrentia, sive in concurrentia, sive in ordine repositionis, aut translationis aut Commemorationum præferendum, cauto semper quod

et Semi-doubles non exceptées ci-dessus : les trois Antiennes du IIIe Nocturne et leurs Psaumes, aux Matines de la IVe Férie et toutes les Antiennes de n'importe quelle Férie avec les Psaumes à Laudes, se prennent toujours du *premier schéma*, et les Versets des Nocturnes ainsi que les Antiennes pour les Heures, même au Temps de l'Avent, du Carême et de la Passion, se disent comme pendant l'année.

A Matines, l'Invitatoire, l'Hymne, les Leçons avec les Répons du IIe et du IIIe Nocturne, sont propres ou du Commun, mais les Antiennes, les Psaumes, les Versets des trois Nocturnes et aussi les Leçons et les Répons du Ier Nocturne, de la Férie occurrente.

A Laudes et à Vêpres, les Antiennes avec les Psaumes sont de la Férie ; le Capitule, l'Hymne, le Verset et l'Antienne de *Benedictus* et de *Magnificat* ainsi que l'Oraison, sont du Propre, ou du Commun.

Aux petites Heures et à Complies, les Antiennes et les Psaumes se disent toujours de la Férie occurrente. A Prime, on lit pour Leçon breve le Capitule de None, tiré du Propre ou du Commun. A Tierce, Sexte et None, le Capitule, le Répons bref et l'Oraison aussi se prennent, soit au Propre, soit au Commun.

6. En l'Office de sainte Marie, du Samedi, et aux Fêtes simples, l'Office doit se réciter comme suit : à Matines, l'Invitatoire et l'Hymne se disent de cet Office même ou de ces Fêtes ; les Psaumes avec leurs Antiennes et le Verset de la Férie occurrente, comme ci-dessus ; la Ire et la IIe Leçon avec leurs Répons de la Férie, mais la IIIe Leçon de l'Office ou de la Fête ; et à Vêpres les Antiennes et les Psaumes, toujours de la Férie ; le Capitule, l'Hymne, le Verset et l'Antienne de *Benedictus* et de *Magnificat* avec l'Oraison, ou du Propre, ou du Commun ; aux autres Heures, tout se dit selon qu'il est ordonné ci-dessus pour les Fêtes doubles ou Semi-doubles.

7. Semblablement s'ordonne l'Office de toutes les Octaves non exceptées au paragraphe 2, selon la qualité de leur rite Double ou Semi-double ou Simple, en empruntant toutefois au jour même de la Fête, si l'Octave n'a pas cela de propre, tout ce qui se prend d'ordinaire au Propre ou au Commun. Les Leçons du IIe et du IIIe Nocturne se prennent, aux jours dans une Octave n'ayant pas ses Leçons propres, soit de l'Octavaire, soit du Commun selon les Rubriques ; mais quand il n'y a pas de Leçons d'une Homélie sur l'Évangile de la Fête, les Leçons du IIIe Nocturne se disent comme au jour de la Fête, soit durant l'Octave, soit au jour octaval.

8. A tous les Offices de rite Simple, les Psaumes qui se trouvent disposés au Psautier en trois Nocturnes se disent, pour Matines, sans interruption, avec leurs neuf Antiennes si c'est en dehors du Temps Pascal, et sous une seule Antienne au Temps Pascal, et cela jusqu'au troisième Verset inclusivement, le premier et le deuxième Verset étant omis.

Titre II. — *De l'ordre de dignité des Fêtes*

1. Pour bien discerner lequel, de plusieurs Offices, est le plus digne, et par conséquent lequel est à préférer, soit dans l'occurrence, soit dans la concurrence, soit dans l'ordre de la reposition, ou de la translation,

Festa Duplicia I classis primaria universalis Ecclesiæ præferuntur cuilibet Festo particulari, et quod Festa Dedicationis et Tituli Ecclesiæ propriæ et Patroni principalis loci, necnon Tituli et Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis cedunt tantummodo prædictis Duplicibus I classis universalis Ecclesiæ, sequentes præstantiæ characteres considerandi sunt :

a) *Ritus altior*, nisi occurrat Dominica, vel aliqua ex Feriis, Vigiliis aut Octavis privilegiatis, juxta Rubricas.

b) *Major solemnitas*, scilicet si Festum celebretur cum feriatione, etiam in foro reducta vel sublata, aut cum Octava. Ratio tamen majoris solemnitatis per Octavam inductæ consideranda tantum est in die Festo atque in die Octava, non vero in diebus infra Octavam.

c) *Ratio Primarii* aut *Secundarii.*

d) *Dignitas personalis*, hoc ordine servato : Festa Domini, beatæ Mariæ Virginis, Angelorum, sancti Joannis Baptistæ, sancti Joseph, Apostolorum, Evangelistarum.

2. In occurrentia, et in ordine repositionis, aut translationis, aut Commemorationum de Officiis eadem die occurrentibus alius quoque character considerandus est, nempe :

e) *Proprietas Festorum.* Dicitur Festum alicujus loci proprium, si agatur, præterquam de Dedicatione et Titulo Ecclesiæ propriæ, de Patrono principali loci, de Titulo et Sancto Fundatore Ordinis seu Congregationis, ut supra, etiam de loci Patrono secundario, de Sancto, in Martyrologio vel in ejus Appendice approbata descripto, cujus habetur corpus vel aliqua insignis reliquia, vel de Sancto, qui ad Ecclesiam, vel locum, vel personarum cœtum speciales habeat relationes. Igitur Festum quodvis istiusmodi proprium, ceteris paribus, præfertur Festo universalis Ecclesiæ. Excipiuntur tamen Dominicæ, Feriæ, Vigiliæ et Octavæ privilegiatæ, quæ, sicut etiam Festa primaria Duplicia I classis universalis Ecclesiæ, de quibus supra, uniuscujusque loci propria considerantur et sunt. Festum autem universalis Ecclesiæ, cujusvis ritus, quia est præceptivum, ceteris paribus, præferri debet Festis quæ aliquibus locis ex mero Indulto sanctæ Sedis sunt concessa, quin tamen propria, sensu quo supra, dici queant.

Tit. III. — *De Octavis*

1. Octavæ inter se præferuntur eadem lege, qua Festa ipsa ad quæ pertinent.

1. L'obligation d'assister à la Messe suffit pour qu'il y ait fériation, même sans la défense

ou des Mémoires, que l'on ait soin de se souvenir toujours que les fêtes doubles de 1re classe qui sont primaires pour l'Église universelle, l'emportent sur toute Fête particulière, et que les fêtes de la Dédicace et du Titre de l'église propre, du Patron principal du lieu, ainsi que du Titre et du Saint Fondateur d'un Ordre ou d'une Congrégation, le cèdent seulement aux Doubles de 1re classe de l'Église universelle dont on vient de parler. Pour apprécier l'ordre de dignité des Fêtes, les caractères suivants sont à considérer :

a) *Rite plus élevé,* à moins qu'il ne se rencontre un Dimanche, ou quelqu'une des Féries, Vigiles ou Octaves privilégiées, selon les Rubriques.

b) *Solennité plus grande*[1], c'est-à-dire si la Fête se célèbre avec fériation, même restreinte ou supprimée de fait, et si elle a une Octave. Cependant cette conclusion qu'il y a solennité plus grande en raison d'une Octave, ne doit être mise en considération que par rapport au jour de la Fête et à son jour Octaval, mais non par rapport aux jours pendant l'Octave.

c) *Qualité de Primaire ou de Secondaire.*

d) *Dignité de la personne* : l'ordre suivant étant observé : Fêtes du Seigneur, de la bienheureuse Vierge Marie, des Anges, de saint Jean-Baptiste, de saint Joseph, des Apôtres, des Évangélistes.

2. Quant à l'occurrence et à l'ordre de la reposition, ou de la translation, ou des Mémoires d'Offices se rencontrant le même jour, un autre caractère est aussi à considérer, à savoir :

e) *La propriété des Fêtes.* La fête de quelque lieu est dite propre non seulement s'il s'agit de la Dédicace et du Titre de l'église particulière ; du Patron principal du lieu, du Titre et du Saint Fondateur d'un Ordre ou d'une Congrégation, comme il a été dit plus haut, mais aussi s'il s'agit du Patron secondaire d'un lieu, d'un Saint mentionné au Martyrologe ou en son Appendice approuvé, dont on possède le corps ou quelque relique insigne, ou d'un Saint dont le culte a des relations avec une église, un lieu ou une assemblée de personnes. Quand une Fête quelconque est ainsi propre, elle doit être préférée, toutes autres choses égales, à une Fête de l'Église universelle. Sont pourtant exceptés les Dimanches, Féries, Vigiles et Octaves privilégiées qui, tout comme les Fêtes primaires Doubles de 1re classe de l'Église universelle dont il a été question plus haut, sont considérés comme étant, et sont en effet, propres à chaque lieu. Une Fête de l'Église universelle d'un rite quelconque doit, si elle est de précepte, être pour ce motif et toutes autres choses étant égales, préférée aux Fêtes qui sont concédées à quelques lieux, en raison d'un Indult gracieux du Saint-Siège et qui cependant ne peuvent pas être dites propres au sens indiqué plus haut.

TITRE III. — *Des Octaves*

1. Entre plusieurs Octaves, on établit la préférence, d'après les principes mêmes qui font évaluer l'importance des Fêtes auxquelles ces Octaves appartiennent.

des œuvres serviles, comme le cas se présente en certains pays.

2. Octavæ Festorum Duplicium I classis Domini, quæ in universali Ecclesia cum Octava recoluntur, ita sunt privilegiatæ ut de eis semper fiat aut Officium aut Commemoratio, ut fusius habetur in Rubricis. Attamen Octava Corporis Christi iisdem gaudet privilegiis quibus Octava Epiphaniæ; Octava Ascensionis, et Octava Sacratissimi Cordis Jesu, in occurrentia tantum, iisdem quibus Octava Nativitatis.

3. Octavæ aliorum Festorum Duplicium I classis sunt Octavæ communes, et quandoque omittuntur juxta Rubricas. Alias, nisi a nobiliori Officio impediantur, per integram recoluntur Octavam, sub ritu Semiduplici in diebus infra Octavam, sub ritu autem Duplici majori in die Octava.

4. Octavæ vero Duplicium II classis sunt Octavæ simplices, et celebrantur tantum in ipsa die Octava, sub ritu quidem Simplici, nisi pariter a nobiliori Officio impediantur : nil autem fit de eis infra Octavam.

5. De Octavis quæ non sunt in Breviario Romano, nihil fit a die 17 Decembris ad Vigiliam Nativitatis Domini, a Feria IV Cinerum ad Dominicam in Albis, et a Vigilia Pentecostes ad Festum SSmæ Trinitatis, semper inclusive.

TIT. IV. — *De Festorum occurrentia accidentali eorumque translatione*

1. De Dominicis majoribus I classis, quodvis Festum in eis occurrat, semper faciendum est Officium. Dominicæ vero II classis cedunt tantummodo Festis Duplicibus I classis, quo in casu de Dominica fit Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus, cum IX Lectione ad Matutinum.

2. De Dominicis minoribus seu per Annum, semper fieri debet Officium, nisi occurrat aliquod Duplex I vel II classis, aut quodvis Festum novem Lectionum Domini, non autem eorum dies Octava ; et, in casu, in Officio Festi, fit Commemoratio Dominicæ in utrisque Vesperis et Laudibus, cum IX Lectione ad Matutinum. Excipiuntur tamen Dominicæ infra Octavas quaslibet privilegiatas, in quibus Officium fieri nequit de Festis, quæ infra ipsas Octavas prohibentur. Itemque excipiuntur Dominicæ a die 25 ad 28 Decembris aut in die Octava Epiphaniæ occurrentes, et Dominica impedita vel a superveniente Septuagesima vel a Dominica ultima post Pentecosten, de quibus omnibus fit Officium ut habetur in propriis Rubricis ; nec non Dominica occurrens a die 1 ad 6 Januarii, vel die 7 a superveniente Dominica infra Octavam Epiphaniæ impedita, cujus Officium fit in Vigilia Epiphaniæ, et in qua, nisi a nobiliori Officio impediatur, celebratur Festum Ssmi Nominis Jesu.

3. Duplicia I et II classis quæ ab alio nobiliori Officio impediuntur, transferenda sunt in proximiorem insequentem diem quæ libera sit

2. Les Octaves des Fêtes Doubles de 1re Classe du Seigneur célébrées avec Octave dans l'Église universelle sont privilégiées, en sorte qu'on en fait toujours l'Office ou la Mémoire, comme cela se trouve plus amplement indiqué dans les Rubriques. Cependant l'Octave de la Fête-Dieu jouit des mêmes privilèges que l'Octave de l'Épiphanie et l'Octave de l'Ascension et l'Octave du Sacré Cœur, et, pour l'occurrence seulement, des mêmes que l'Octave de Noël.

3. Les Octaves des autres Fêtes Doubles de 1re classe sont des Octaves communes et s'omettent quelquefois, selon les Rubriques. Autrement, et à moins qu'elles ne soient empêchées par un Office plus digne, elles sont célébrées durant l'Octave entière, sous le rite Semi-double, aux jours durant l'Octave, et sous le rite Double majeur au jour octaval.

4. Les Octaves des Doubles de IIe classe sont des Octaves simples et se célèbrent seulement en leur jour octaval, sous le rite Simple, à moins que cette célébration ne soit pareillement empêchée par un Office plus digne ; et l'on n'en fait rien durant l'Octave.

5. Des Octaves ne faisant point partie du Bréviaire Romain, l'on ne fait rien depuis le dix-septième jour de Décembre jusqu'à la Vigile de la Nativité du Seigneur ; depuis la IVe Férie dite des Cendres jusqu'au Dimanche de Quasimodo, et depuis la Vigile de la Pentecôte jusqu'à la fête de la très sainte Trinité, le tout inclusivement.

Titre IV. — *De l'occurrence accidentelle des Fêtes et de leur translation*

1. Des Dimanches majeurs de 1re classe, on doit toujours faire l'Office, quelle que soit la Fête qui s'y rencontre ; quant aux Dimanches de IIe classe, ils le cèdent seulement aux Fêtes Doubles de 1re classe, et en ce cas on fait mémoire du Dimanche, aux deux Vêpres et à Laudes, avec lecture de sa IXe Leçon à Matines.

2. Des Dimanches mineurs ou *de l'Année*, on doit toujours faire l'Office, à moins qu'il ne se rencontre quelque double de Ire ou IIe classe, ou quelque Fête à neuf Leçons du Seigneur, et non point seulement leur jour Octaval ; et, dans ce cas, en l'Office de la Fête, on fait Mémoire du Dimanche, aux deux Vêpres et à Laudes, lisant aussi sa IXe Leçon à Matines. Font pourtant exception, les Dimanches tombant dans les Octaves privilégiées, Dimanches auxquels il n'est point permis de faire l'Office des Fêtes qui sont prohibées durant ces mêmes Octaves. Font également exception les Dimanches se rencontrant entre le 25 et le 28 décembre ou le jour Octaval de l'Épiphanie, ainsi que le Dimanche empêché, soit par l'arrivée de la Septuagésime, soit par le dernier Dimanche après la Pentecôte, car de tous ces Dimanches on fait l'Office selon l'indication des Rubriques propres ; de même est encore excepté le, Dimanche tombant entre le 1er et le 6 janvier, ou le 7, et dans ce dernier cas, empêché par l'arrivée du Dimanche dans l'Octave de l'Épiphanie, car son Office se fait en la Vigile de l'Épiphanie et à son jour on célèbre la Fête du très saint Nom de Jésus, si celle-ci ne se trouve pas empêchée par un Office plus digne.

3. Les Doubles de Ire et de IIe classe qui se trouvent empêchés par

ab alio Festo Duplici I vel II classis, a Dominica occurrenti, a Vigilia privilegiata, et ab aliis Officiis quæ hujusmodi Festa respective excludant.

4. Festa Duplicia majora aut minora et Semiduplicia, si quando sint impedita, non transferuntur, sed commemorantur aut penitus omittuntur, ut dicitur in titulo VII *De Commemorationibus*.

5. Porro, si in Dominicis majoribus quæ sub ritu Semiduplici aut Duplici majori recoluntur, occurrat Officium Duplex majus aut minus, vel Semiduplex, vel Festum aut dies Octava Simplex, fit de Dominica cum Commemoratione Officii occurrentis, juxta Rubricas, omissa IX Lectione ipsius Officii. Idem fit in Dominicis minoribus, nisi in Dominicis per Octavam quamlibet privilegiatam II Ordinis occurrat Festum Duplex I classis, et in die quidem Octava quod sit Ecclesiæ universalis, aut in aliis Dominicis occurrat Festum quodvis Domini aut quodlibet Duplex I vel II classis ; quibus in casibus, ut supra, num. 2, dictum est, fit de Festo, cum Commemoratione et IX Lectione Dominicæ.

6. Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum excludit tum Festa occurrentia, tum Festa transferenda cujusvis ritus. Si tamen dies 2 Novembris in Dominicam inciderit, Officium fit de Dominica cum Commemoratione Octavæ omnium Sanctorum ; et Commemoratio omnium fidelium defunctorum, iisdem cum juribus, in diem 3, tamquam in sedem propriam transfertur.

7. Quando occurrunt accidentaliter duo Festa quæ transferri non valeant juxta Rubricas, vel duæ Octavæ, in honorem ejusdem Personæ, fit Officium de Festo vel de Octava nobiliori, omissa, nisi agatur de mysteriis Domini diversis, Commemoratione alterius. Similiter, si infra aliquam Octavam communem, vel in die ipsa Octava, etiam Simplici, occurrat Festum cujusvis ritus de eadem Persona, fit Officium de Festo, sub ritu tamen et cum privilegiis ipsi Octavæ convenientibus, nisi tamen Festum sub altiori ritu sit celebrandum, et omissa vel addita Commemoratione Octavæ, ut supra. Si occurrat vero Festum aliquod infra aliquam Octavam privilegiatam de eadem Persona, aut in ipsa die Octava, fit de Officio nobiliori juxta Rubricas, et omittitur vel additur Commemoratio alterius, pariter ut supra.

8. Dies Octava cujusvis Festi accidentaliter impediti non transfertur sed sua die celebratur aut omittitur, juxta Rubricas ; excepta tamen Octava sanctissimi Nominis Jesu, necnon Octava Sanctæ Familiæ Jesu,

un autre Office plus digne doivent être transférés au jour suivant le plus proche, qui n'est pas occupé par une autre Fête Double de Ire ou de IIe classe, par un Dimanche occurrent, par une Vigile privilégiée ou par un des autres Offices qui excluent respectivement les Fêtes de ce genre.

4. Les Fêtes Doubles majeures ou mineures et Semi-doubles, si parfois elles se trouvent empêchées, ne se transfèrent point, mais on en fait mémoire, ou bien on les omet entièrement, comme il sera dit au Titre VII *Des Mémoires.*

5. Si, aux Dimanches majeurs qui se célèbrent sous le rite Semi-Double ou Double-Majeur, se rencontre un Office Double majeur ou mineur, ou Semi-Double, ou une Fête, ou un jour Octave simple, on fait l'Office du Dimanche avec Mémoire de l'Office occurrent, selon les Rubriques et on omet la IXe Leçon de cet Office. On fait de même aux Dimanches mineurs, à moins qu'aux Dimanches tombant en quelque Octave privilégiée de deuxième ordre ne se rencontre une Fête double de Ire classe et qu'en un jour Octaval pour l'Église universelle, ou aux autres Dimanches, se rencontre quelque Fête du Seigneur ou quelque Double de Ire ou de IIe classe, car en ce cas, ainsi qu'il a été dit ci-dessus au n° 2, on fait l'Office de la Fête avec Mémoire et IXe Leçon du Dimanche.

6. La Commémoration de tous les fidèles défunts exclut tant les Fêtes occurrentes que les Fêtes devant être transférées, de n'importe quel rite. Si pourtant le deuxième jour de Novembre tombe un Dimanche, l'Office se fait du Dimanche avec Mémoire de l'Octave de tous les Saints ; et la Commémoration de tous les fidèles défunts est transférée au 3 comme à son jour propre, avec les mêmes droits.

7. Quand il y a occurrence accidentelle entre deux Fêtes ne pouvant se transférer d'après les Rubriques, ou deux Octaves en l'honneur de la même personne, on fait l'Office de la Fête ou de l'Octave la plus digne, en omettant la Mémoire de l'autre, à moins qu'il ne s'agisse de mystères du Seigneur différents. De même, si durant quelque Octave commune, ou en son jour Octaval, même de rite Simple, se rencontre une Fête de n'importe quel rite en l'honneur de la même personne, on fait l'Office de cette Fête, mais sous le rite et avec les privilèges convenant à l'Octave elle-même, à moins toutefois que la Fête ne doive être célébrée sous un rite plus élevé, et cela, soit en omettant, soit en ajoutant la Mémoire de l'Octave, selon la règle donnée plus haut. Si durant une Octave privilégiée, ou en son jour Octaval, il se rencontre quelque Fête ayant pour objet la même personne, on fait l'Office le plus digne, conformément aux Rubriques, et la Mémoire de l'autre est semblablement omise ou ajoutée, selon les principes donnés plus haut.

8. Le jour Octaval de n'importe quelle Fête accidentellement empêchée ne se transfère pas ; mais il se célèbre en son jour, ou bien il s'omet selon les Rubriques, exception faite cependant pour l'Octave du très saint Nom de Jésus, ainsi que pour l'Octave de la Sainte Famille, c'est-à-dire de Jésus, Marie et Joseph, si elles doivent être célébrées en quelque

Mariæ, Joseph, sicubi fuerit celebranda, quæ per octo dies agitur ab ipso respectivo Festo computandos, etiam si hoc extra Dominicam recolatur.

Tit. V. — *De Festorum occurrentia perpetua eorumque repositione*

1. Festa ritus Duplicis sive majoris sive minoris aut Semiduplicis universalis Ecclesiæ, sive fixa sive mobilia, sicubi perpetuo impediantur, non reponuntur, sed die sua commemorantur vel omittuntur, ut dicitur in titulo VII *De Commemorationibus.* Idem servatur de Festis alicujus Nationis, vel Diœcesis vel Ordinis, vel Instituti, quæ pariter, si in aliqua particulari Ecclesia suo die impediantur, commemorantur vel omittuntur, ut supra. Festa vero propria alicujus Nationis, Diœcesis, Ordinis, Instituti vel particularis Ecclesiæ, quæ in tota Natione, Diœcesi, Ordine vel Instituto aut in sua particulari Ecclesia respective impediantur, reponuntur in proximiori sequenti die libera, juxta Rubricas.

2. Festa fixa Duplicia I et II classis perpetuo impedita reponuntur, tamquam in sede propria, in prima die libera ab alio Festo Duplici I aut II classis, a Vigilia privilegiata et ab aliis Officiis quæ hujusmodi Festa respective excludant. Duplicia vero I et II classis certis Feriis assignata, si perpetuo impediantur, item tamquam in sede propria reponuntur in Feria proxime insequenti perpetuo libera, ut supra.

3. Dominicæ, sive majores sive minores, excludunt assignationem perpetuam cujusvis Festi etiam Duplicis I classis, excepta Dominica inter Circumcisionem Domini et Epiphaniam, in qua fit Officium Ssmi Nominis Jesu, Dominica infra Octavam Epiphaniæ, in qua Festum agitur Sanctæ Familiæ Jesu, Mariæ, Joseph, Dominica I post Pentecosten, in qua celebratur Festum Ssmæ Trinitatis et Dominica ante Kalendas Novembris, in qua recolitur Festum D. N. Jesu Christi Regis.

4. Commemoratio omnium fidelium defunctorum excludit tum Festa occurrentia, tum Festa transferenda cujusvis ritus.

5. Si infra Octavam aut in ipsa die Octava, perpetuo occurrat Festum aliquod de eadem Persona, omnia observantur quæ de occurrentia accidentali dicta sunt in titulo IV, num. 7; excepto quidem Festo Sanctæ Familiæ Jesu, Mariæ, Joseph, quod peculiaribus regitur Rubricis in Proprio de Tempore exstantibus.

6. Quando Festa universalis Ecclesiæ quæ cum Octava celebrantur, ob impedimentum perpetuum, in die proxime sequenti, juxta Rubricas, sint reponenda, non ideo reponitur eorum dies Octava, quæ in universa Ecclesia die sua recoli debet. Idem dicendum de die Octava Festi proprii

lieu, car pour ces Octaves, on compte huit jours à partir de la Fête, même si elles sont célébrées en dehors du Dimanche.

TITRE V. — *De l'occurrence perpétuelle des Fêtes et de leur translation*

1. Les Fêtes de rite Double soit majeur soit mineur, ou Semi-double de l'Église universelle, qu'elles soient fixes ou mobiles, si elles se trouvent en quelque lieu perpétuellement empêchées, ne se transfèrent pas, mais sont en leur propre jour commémorées ou omises, ainsi qu'il est dit au titre VII des Mémoires. La même règle s'applique aux Fêtes d'une Nation, d'un Diocèse, d'un Ordre, ou d'un Institut, car si ces Fêtes se trouvent empêchées à leur jour, dans quelque église particulière, elles sont pareillement commémorées ou omises, comme il a été dit ci-dessus. Mais les Fêtes propres d'une Nation, d'un Diocèse, d'un Ordre, d'un Institut ou d'une Église particulière, qui en toute cette Nation, ce Diocèse, cet Ordre, cet Institut ou en leur Église particulière, se trouvent respectivement empêchées, sont transférées au premier jour suivant libre, selon les Rubriques.

2. Les Fêtes fixes Doubles de Ire et de IIe classe perpétuellement empêchées se replacent, comme en leur siège propre, au premier jour non occupé par une autre Fête Double de Ire ou de IIe classe, par une Vigile privilégiée ou d'autres Offices excluant les Fêtes de ce genre. Quant aux Doubles de Ire et de IIe classe assignés à certaines Féries, s'ils sont perpétuellement empêchés, il se transfèrent de même, comme en leur siège propre, à la plus proche Férie suivante qui soit libre, comme il a été dit ci-dessus.

3. Les Dimanches, soit majeurs soit mineurs, excluent l'assignation perpétuelle de n'importe quelle Fête, même Double de Ire classe, excepté le Dimanche entre la Circoncision du Seigneur et l'Épiphanie, auquel on fait l'Office du très saint Nom de Jésus, le Dimanche dans l'Octave de l'Épiphanie où l'on célèbre la Fête de la Sainte Famille, c'est-à-dire de Jésus, Marie et Joseph, et le Ier Dimanche après la Pentecôte qui en est l'Octave, Dimanche où se célèbre la Fête de la très sainte Trinité, et le dernier Dimanche d'Octobre jour auquel on célèbre la fête du Christ-Roi.

4. La Commémoration de tous les Fidèles défunts exclut tant les Fêtes occurrentes que les Fêtes transférées de n'importe quel rite.

5. Si durant une Octave ou en un jour Octaval se rencontre perpétuellement quelque Fête de la même Personne, on observera tout ce qui a été dit au sujet de l'occurrence accidentelle au Titre IV, paragraphe 7 ; exception faite pour la Fête de la Sainte Famille, c'est-à-dire de Jésus, Marie et Joseph qui se trouve sous le régime de Rubriques particulières placées au Propre du Temps.

6. Quand les Fêtes de l'Église universelle qui se célèbrent avec Octave, doivent, en raison d'un empêchement perpétuel, être reportées au premier jour suivant, conformément aux Rubriques, on ne déplace point pour cela leur jour Octaval qui doit être célébré dans l'Église universelle en son jour propre. Il faut en dire de même du jour Octaval de la Fête

alicujus Nationis, Diœcesis, Ordinis vel Instituti, quod in aliqua particulari Ecclesia, alia die sit reponendum. E contra, si Festum proprium alicujus Nationis, Diœcesis, Ordinis, Instituti vel particularis Ecclesiæ, quod cum Octava celebretur, in tota Natione, Diœcesi, Ordine vel Instituto, aut in sua particulari Ecclesia respective impeditum fuerit, ideoque reponatur juxta Rubricas, reponitur etiam dies Octava, quæ celebrabitur octavo die post celebratum Festum, ac si ipsum in die propria recolatur.

Tit. VI. — *De concurrentia Festorum*

1. Dominicæ majores habent Vesperas integras in concurrentia cum quovis Festo quod non sit Duplex I aut II classis ; atque in I Vesperis extra Adventum sumunt Antiphonas cum Psalmis de Sabbato, in Adventu autem Antiphonas de propriis Laudibus cum iisdem Psalmis de Sabbato.

2. Dominicæ minores cedunt Vesperas Duplicibus I aut II classis, et omnibus Festis Domini, non vero diebus Octavis item Domini, quæ in Ecclesia universali non sint privilegiatæ ; integras autem habent Vesperas in concursu cum aliis Festis et Officiis, sumptis in I Vesperis Antiphonis et Psalmis de Sabbato, aut, infra ipsas Octavas Domini privilegiatas, de Octava currenti. Et similiter Festa Domini, etiam secundaria, in Dominica occurrentia, et Vigilia Epiphaniæ, integras habent Vesperas in concursu cum Duplicibus majoribus et minoribus, quæ non sint Domini; ipsaque in concursu cum aliis Domini Festis eas sequuntur normas quæ inferius, num. 4, sunt expositæ.

3. Leges peculiares quibus ordinantur Vesperæ infra Octavam Nativitatis Domini, habentur suo oco in propriis Rubricis.

4. Quando duo Officia ejusdem Personæ simul concurrant, si ea sint diversi ritus aut nobilitatis, fit totum de nobiliori, omissa, nisi agatur de Mysteriis Domini diversis, Commemoratione alterius ; in paritate autem ritus et nobilitatis, si agatur de Mysteriis Domini diversis, Vesperæ fiunt a Capitulo de sequenti cum Commemoratione præcedentis, secus autem, et quoties Officia non sint Domini, fit totum de præcedenti, omissa Commemoratione sequentis.

Tit. VII. — *De Commemorationibus*

1. In Duplicibus I classis fit Commemoratio de Officio præcedentis diei, tantum si illud fuerit aut Dominica quævis (non tamen Dominica post Octavam Epiphaniæ vel Pentecostes in Sabbatum anticipata), præterquam

propre à quelque Nation, Diocèse, Ordre ou Institut, qui devrait en quelque église particulière être reportée à un autre jour. Au contraire, si une Fête propre de quelque Nation, Diocèse, Ordre, Institut ou Église particulière, devant se célébrer avec Octave, se trouvait empêchée dans toute cette Nation, tout ce Diocèse, tout cet Ordre, tout cet Institut ou dans son Église particulière et qu'elle doive pour ce motif être transférée selon les Rubriques, son jour Octaval est également transféré et se célèbre le huitième jour après celui auquel on a célébré la Fête, comme si celle-ci avait eu lieu en son jour propre.

TITRE VI. — *De la concurrence des Fêtes*

1. Les Dimanches majeurs ont les Vêpres entières quand ils sont en concurrence avec n'importe quelle Fête qui ne soit pas Double de Ire ou de IIe classe ; et pour cela, en dehors de l'Avent, ils empruntent, à leurs Ires Vêpres, les Antiennes et les Psaumes du Samedi, mais en Avent, les Antiennes sont de leurs Laudes Propres, avec ces mêmes Psaumes du Samedi.

2. Les Dimanches mineurs cèdent les Vêpres aux Doubles de Ire et de IIe classe et à toutes les Fêtes du Seigneur, mais non à un jour Octaval du Seigneur, qui ne serait pas privilégié dans l'Église universelle. Ces Dimanches ont les Vêpres entières, en cas de concurrence avec d'autres Fêtes et Offices ; ils empruntent aux Ires Vêpres les Antiennes et les Psaumes du Samedi ou bien, durant les Octaves privilégiées du Seigneur, ceux de l'Octave courante. Et semblablement les Fêtes du Seigneur, même secondaires, comme elles ont droit à la préférence dans l'occurrence du Dimanche et de la Vigile de l'Épiphanie, conservent aussi leurs Vêpres entières, si elles se trouvent en concurrence avec les Doubles majeurs ou mineurs qui ne sont pas du Seigneur. Si c'est avec d'autres Fêtes du Seigneur, on suivra la règle exposée plus bas au paragraphe 4.

3. Les lois particulières réglant l'ordonnance des Vêpres durant l'Octave de la Nativité du Seigneur, se trouvent consignées en leur lieu dans des Rubriques propres.

4. Quand deux Offices concernant la même Personne se trouvent ensemble en concurrence, s'ils sont différents de rite et de dignité, tout se fait du plus digne, en omettant la Mémoire de l'autre, à moins qu'il ne s'agisse de mystères du Seigneur présentant une diversité ; mais s'il y a parité de rite et de dignité quand il s'agit de mystères divers du Seigneur, les Vêpres se disent au Capitule du suivant, avec Mémoire du précédent ; mais autrement, et chaque fois que les Offices ne sont pas du Seigneur, tout se fait du précédent, en omettant la Mémoire du suivant, selon la règle donnée ci-dessus.

TITRE VII. — *Des Mémoires*

1. Aux Doubles de Ire classe, on ne fait Mémoire de l'Office du jour précédent, que si celui-ci a été, soit un Dimanche quelconque (non pourtant le Dimanche après l'Octave de l'Épiphanie ou après la Pentecôte

*

in I Vesperis Nativitatis et Epiphaniæ, aut Octava privilegiata, aut Duplex I vel II classis, aut Feria Adventus et Quadragesimæ, etiam si, a nobiliori Officio impeditum, sua die solam habuerit Commemorationem. In occurrentia fit Commemoratio de Dominica qualibet, etiam anticipata (de qua tamen, si ea fuerit post Octavam Epiphaniæ vel Pentecostes in Sabbatum anticipata, nihil fit in II Vesperis), de Octava privilegiata, de Vigilia Epiphaniæ, et de Feria majori ; necnon, extra Festa primaria Domini I classis Ecclesiæ universalis, de quolibet Duplici sive majori sive minori aut Semiduplici, de quibus tamen, nisi hæc fuerint Domini Festa in Dominica quavis aut in Vigilia Epiphaniæ occurrentia, fit tantum in Laudibus. De sequenti autem Officio, etiam impedito ut supra, fit semper Commemoratio, præterquam de die infra Octavam non privilegiatam, et de Officio Simplici.

2. In Duplicibus II classis de Officio præcedentis diei, etiam a nobiliori impedito, ut numero superiori dictum est, semper fit Commemoratio, præterquam de Dominica XXIII post Pentecosten in Sabbatum anticipata, de Festo Semiduplici, de die infra Octavam non privilegiatam, de Feria quæ non sit Adventus et Quadragesimæ ; et, in Festo Circumcisionis, etiam de Dominica et de Duplici majori aut minori. In occurrentia fit Commemoratio de Dominica minori, etiam anticipata, de Vigilia Epiphaniæ, de quolibet Duplici vel Semiduplici, de die infra Octavam privilegiatam, de Feria majori, de Vigilia communi, extra Dominicam quamlibet occurrente, et de Festo aut die Octava simplici ; at de Festo aut die Octava simplici non fit in I Vesperis, neque de Dominica post Octavam Epiphaniæ vel Pentecostes in Sabbatum anticipata fit in II Vesperis. De sequenti autem Officio, etiam impedito ut supra, fit semper Commemoratio, præterquam de die infra Octavam non privilegiatam, et de Officio Simplici.

3. In Officio Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum nulla fit Commemoratio cujusvis Festi vel Officii occurrentis, quod proinde, si transferri nequeat juxta Rubricas, penitus omittitur.

4. Pro Commemoratione sequentis diei infra Octavam, etiam privilegiatam, quando sit facienda, sumuntur Antiphona et Versus e I Vesperis Festi, nisi habeantur propria per singulos dies infra Octavam, aut specialiter

qui serait anticipé au Samedi, et exception faite pour les Ires Vêpres de Noël et de l'Épiphanie), soit un jour d'une Octave privilégiée, soit encore un Double de Ire ou de IIe classe, soit enfin une Férie de l'Avent, ou du Carême ; cette Mémoire se ferait, même si l'Office empêché par un autre Office plus digne, n'avait eu en son jour qu'une simple commémoraison. En cas d'occurrence, on y fait Mémoire d'un Dimanche quelconque, même anticipé (Dimanche duquel on ne fera cependant rien aux 2es Vêpres si c'est un Dimanche après l'Octave de l'Épiphanie ou après la Pentecôte, anticipé du Samedi), d'une Octave privilégiée, de la Vigile de l'Épiphanie et d'une Férie majeure et aussi, à moins qu'on ne célèbre une Fête primaire de Ire classe du Seigneur pour l'Église universelle, d'un Double quelconque, soit majeur soit mineur ou d'un Semi-double, desquels cependant on ne fait Mémoire qu'à Laudes, à moins que ce ne soient des Fêtes du Seigneur tombant un Dimanche quelconque ou en la Vigile de l'Épiphanie. Quant à l'Office qui suit, même s'il est empêché comme on l'a dit plus haut, on en fait Mémoire, excepté s'il s'agit d'un jour pendant une Octave non privilégiée, ou d'un Simple.

2. Aux Doubles de IIe classe, on fait toujours Mémoire de l'Office du jour précédent, même s'il a été empêché par un Office plus digne, comme il a été dit au paragraphe ci-dessus, sauf si cet Office précédent s'est trouvé être celui du XXIIIe Dimanche après la Pentecôte anticipé au Samedi, d'une Fête Semi-double, d'un jour dans une Octave non privilégiée, d'une Férie n'appartenant ni à l'Avent ni au Carême ; par une exception particuliere, en la fête de la Circoncision, on supprime aussi la Mémoire d'un Dimanche et d'un Double majeur ou mineur qui aurait précédé. En cas d'occurrence on fait, aux Doubles de IIe classe, Mémoire du Dimanche mineur, même anticipé, de la Vigile de l'Épiphanie, d'un Double ou Semi-double quelconque, du jour dans une Octave privilégiée, de la Férie majeure, de la Vigile commune tombant en dehors d'un Dimanche quelconque, et de la Fête ou de l'Octave simple ; mais de la Fête ou de l'Octave simple on ne fait rien aux Ires Vêpres, et du Dimanche après l'Octave de l'Épiphanie ou après la Pentecôte anticipé au Samedi, on ne fait rien aux 2es Vêpres. De l'Office qui suit même quand il est empêché selon qu'il a été dit ci-dessus, on fait toujours Mémoire, sauf s'il s'agit d'un jour pendant une Octave non privilégiée ou d'un Office Simple.

3. En l'Office de la Commémoration de tous les Fidèles défunts, on ne fait aucune Mémoire d'une Fête quelconque ni d'un Office occurrent : si donc cet Office ne peut être transféré selon les Rubriques, il s'omet entièrement.

4. Pour la Mémoire d'un jour durant une Octave même privilégiée quand elle est à faire, parce que ce jour est le suivant, on prend l'Antienne et le Verset des Ires Vêpres de la Fête, à moins qu'il n'y en ait de propres pour chacun des jours de l'Octave, ou de spéciaux assignés à l'Octave entière, ou enfin que ceux de la Fête ne soient indiqués comme ne pouvant être employés en dehors de son jour.

per totam Octavam assignata, aut denique nisi extra diem festum sint incongrua.

5. Quando plures fieri debeant Commemorationes, cauto quod in Vesperis semper fit prima Commemoratio de Officio concurrenti, cujusvis ritus et dignitatis, si ea facienda sit juxta Rubricas, et quod, exstante in pluribus simplificatis Officiis pari nobilitate, Commemoratio pro I Vesperis Commemorationi pro II Vesperis, etiam infra Octavam Nativitatis Domini, anteponitur ; tam in Vesperis quam in Laudibus, hic ordo servatur, præposita quidem Commemoratione Officii juxta titulum II nobilioris, si plura Officia ad unum eumdemque e numeris mox ponendis referantur : 1 de Dominica qualibet vel de Vigilia Epiphaniæ, et, ante Dominicam minorem, et ipsam Vigiliam, de quolibet Festo Domini, quod Officio Dominicæ hujusmodi ac Vigiliæ, ut dictum est titulo IV, num. 5, in occursu præfertur ; 2 de die infra Octavam Epiphaniæ aut Corporis Christi ; 3. de die Octava Duplici majori ; 4. de Duplici majori ; 5. de Duplici minori ; 6. de Semiduplici ; 7. de die infra Octavam Nativitatis Domini vel Ascensionis vel Sacratissimi Cordis Jesu ; 8. de die infra Octavam communem ; 9. de Feria VI post Octavam Ascensionis ; 10. de Feria majori ; 11. de Vigilia communi ; 12. de die Octava Simplici ; 13. de Simplici.

TIT. VIII. — *De Conclusione propria Hymnorum et Versu proprio ad Primam, de Suffragio Sanctorum, de Precibus, de Symbolo Athanasiano*

1. Quando eodem die plura occurrunt Officia, quæ propriam habeant Conclusionem Hymnorum vel proprium Versum ad Primam, Conclusio et Versus dicuntur, quæ propria sunt Officii quod recitatur. Quod si Officium diei careat Conclusione et Versu propriis, sumuntur Conclusio et Versus, quæ sint propria Officii primo loco inter cetera Conclusionem aut Versum proprium habentia commemorati, ita tamen, ut neque in I aut II Vesperis, neque ad Completorium eas respective sequens adhibeatur Conclusio alicujus Festi aut diei Octavæ Simplicis, aut sanctæ Mariæ in Sabbato, si de eis ad ipsas Vesperas omittenda sit Commemoratio. Deficientibus vero etiam Officii commemorati Conclusione et Versu Propriis, dicuntur Conclusio et Versus de occurrenti Octava communi, vel secus de Tempore. In Officiis tamen de Tempore Adventus, quamvis Conclusio Hymnorum propria non habeatur, numquam adhibetur Conclusio *Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine.*

2. Symbolum Athanasianum additur ad Primam in Festo Ssmæ Trinitatis et in Dominicis tantummodo post Epiphaniam et post Pentecosten. quando de eis persolvendum est Officium, salva exceptione de qua numero sequenti.

5. Quand on doit faire plusieurs Mémoires, il faut avoir soin de placer toujours en premier lieu, à Vêpres, la Mémoire de l'Office concurrent, quels qu'en soient le rite et la dignité, si cette Mémoire se doit faire d'après les Rubriques, et que, s'il y a plusieurs Offices simplifiés de dignité égale, la Mémoire qui se fait pour les Ires Vêpres, soit placée avant la Mémoire relative à des 2es Vêpres, ceci même durant l'Octave de la Nativité du Seigneur. Tant à Vêpres qu'à Laudes, on observera l'ordre suivant, en plaçant d'abord la Mémoire de l'Office qui serait le plus digne, conformément au Titre II, si plusieurs Offices se rapportent à un seul et même Numéro et doivent y être mis en même temps : 1° Mémoire d'un Dimanche quelconque ou de la Vigile de l'Épiphanie et, avant un Dimanche mineur et avant cette Vigile, passe la Mémoire d'une Fête quelconque du Seigneur, qui se préfère, en cas d'occurrence, à l'Office d'un Dimanche de ce rite ou à cette Vigile, comme il est dit au Titre IV, paragraphe 5 ; 2° Mémoire d'un jour durant l'Octave de l'Épiphanie ou du Corps du Christ ; 3° Mémoire d'un jour Octave Double majeur ; 4° d'un Double majeur ; 5° d'un Double mineur ; 6° d'un Semi-double ; 7° d'un jour durant l'Octave de la Nativité du Seigneur ou de l'Ascension ou du Sacré Cœur de Jésus ; 8° d'un jour durant une Octave commune ; 9° de la VIe Férie après l'Octave de l'Ascension ; 10° d'une Férie majeure ; 11° d'une Vigile commune ; 12° d'un jour Octave Simple ; 13° d'un Simple.

TITRE VIII. — *De la conclusion propre des Hymnes et du Verset propre à Prime ; du Suffrage des Saints, des « Preces », du Symbole de saint Athanase*

1. Quand se trouvent, le même jour, en occurrence, plusieurs Offices ayant, aux Hymnes une conclusion propre, ou un Verset propre pour Prime, on dit la Conclusion et le Verset propres à l'Office que l'on récite. Si l'Office du jour n'a ni Conclusion ni Verset propres, on prend la Conclusion et le Verset propres à l'Office dont la Mémoire aura la première place parmi ceux ayant une Conclusion ou un Verset propres, en sorte toutefois que, ni aux Ies ou aux IIes Vêpres, ni à Complies, on n'ajoute point respectivement la Conclusion de quelque Fête qui suit, ou d'un jour d'Octave Simple, ou de sainte Marie du Samedi, si la Mémoire en doit être omise aux Vêpres. Si même l'Office commémoré n'a ni conclusion ni Verset propres, on dira la Conclusion et le Verset de l'Octave commune se trouvant en occurrence, ou autrement, du Temps. Néanmoins, aux Offices *du Temps* de l'Avent, quoique ce temps n'ait pas de Conclusion propre pour ses Hymnes, jamais on n'y ajoute la Conclusion : *Jesu, tibi sit gloria, qui natus es de Virgine.*

2. Le Symbole de saint Athanase s'ajoute à Prime, en la Fête de la très sainte Trinité, et aux seuls Dimanches après l'Épiphanie et après la Pentecôte, quand il y a lieu d'en faire l'Office, en tenant compte encore de l'exception dont il sera question au paragraphe suivant.

3. Quando in Dominica fit Commemoratio Duplicis, vel cujusvis Octavæ, omittuntur Suffragium, Preces et Symbolum Athanasianum. In Feriis vero in quibus item fit Commemoratio Duplicis aut Octavæ, omittuntur Suffragium et Preces Dominicales ad Primam et Completorium; non autem Preces Feriales, si sint dicendæ.

TIT. IX. — *De Festis Dedicationis, aliisque particularibus Ecclesiis propriis*

1. Festum Dedicationis cujuslibet Ecclesiæ est semper primarium et Festum Domini.

2. Anniversarium Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis et Festum Titulare ejusdem celebranda sunt sub ritu Duplici I classis cum Octava per totam Diœcesim ab universo Clero sæculari et etiam regulari Kalendarium Diœcesanum adhibente; a Regularibus vero utriusque sexus in eadem Diœcesi commorantibus ac proprium Kalendarium habentibus, pariter sub ritu Duplici I classis, absque tamen Octava, nisi hæc ex alio titulo sit celebranda.

3. Festa Patronorum principalium Oppidi vel Civitatis, Diœcesis, Provinciæ et Nationis, Clerus sæcularis et regularis ibi degens et Kalendarium Diœcesanum sequens, sub ritu Duplici I classis cum Octava celebrabit; Regulares vero ibidem commorantes et Kalendarium proprium habentes, eadem Festa, quamvis feriata in foro numquam fuerint, eodem ritu celebrabunt, absque tamen Octava, nisi pariter eis alio titulo debeatur.

4. Si Patronus loci præcipuus, aut Titulus Ecclesiæ, aut alius Sanctus qui sub ritu Duplici I vel II classis alicubi celebretur, cujus Festum ad normam tit. II num. 2 harum Rubricarum proprium censeri debeat, descriptus sit in Kalendario cum aliis Sanctis, quibus est ex natura sua conjunctus, scilicet quando iter eos necessaria consanguinitatis aut affinitatis ratio intercedit, non est a Sociis separandus. Si vero illis conjunctus sit ex occasione tantum, quia scilicet eadem die obierint, tunc a Sociis separatur, et de eo agitur Festum sub ritu competenti. Quod si Socii sint cum eo descripti in Kalendario sub ritu pariter Duplici I vel II classis, in proxima die reponuntur, juxta Rubricas, sub ritu quo in Kalendario inscribuntur; si vero inscripti fuerint sub alio quovis ritu, de eis fit aut omittitur Commemoratio, juxta superiores Rubricas, in Officio ipso de Patrono aut alio Sancto proprio, ut supra.

5. Si Patronus secundarius, vel alius Sanctus proprius, ut supra, qui sub ritu Duplici majori vel minori aut Semiduplici celebrari debeat, pariter cum Sociis descriptus sit in Kalendario sub ritu Simplici, de eo fit Festum sub ritu competenti, et de Sociis fit tantum Commemoratio, juxta Rubricas. Si tamen inter eos necessaria consanguinitatis aut affinitatis

3. Quand, le Dimanche, on fait Mémoire d'un Double ou de quelque Octave, on omet le Suffrage, les Prières et le Symbole de saint Athanase. Aux Féries où l'on fait de même Mémoire d'un Double ou d'une Octave, on omet le Suffrage et les Prières Dominicales à Prime et à Complies ; mais non les Prières fériales, si elles sont à dire.

TITRE IX. — *Des Fêtes de la Dédicace, et d'autres Fêtes propres à des Églises particulières*

1. La Fête de la Dédicace d'une Église quelconque est toujours primaire et considérée comme Fête du Seigneur.

2. L'anniversaire de la Dédicace de l'Église cathédrale et la Fête du Titulaire de cette Église, doivent être célébrés sous le rite Double de Ire classe avec Octave, dans le diocèse entier, par tout le clergé séculier, et aussi par le clergé régulier se servant du calendrier diocésain ; quant aux réguliers de l'un et de l'autre sexe habitant ce même diocèse et possédant un calendrier propre, ils les célébreront pareillement sous le rite Double de Ire classe, mais sans Octave, à moins qu'ils ne soient tenus à la célébration de cette Octave, à un autre titre.

3. Les Fêtes des Patrons principaux d'un Bourg, d'une Cité, d'un Diocèse, d'une Province ou d'une Nation seront célébrées sous le rite Double de Ire classe avec Octave, par le clergé séculier et régulier y demeurant, et suivant le Calendrier diocésain ; quant aux Réguliers habitant le même lieu et ayant un Calendrier propre, ils célébreront ces Fêtes sous le même rite, quoiqu'elles n'aient jamais été fériées publiquement, mais sans Octave, à moins que cette Octave ne leur soit encore due à un autre titre.

4. Si l'Office du Patron principal d'un lieu, du Titulaire de l'Église ou d'un autre Saint doit être célébré quelque part sous le rite Double de Ire ou de IIe classe, et que sa Fête doive être considérée comme propre, selon la règle donnee au paragraphe 2 du titre II de ces Rubriques, il sera mentionné au Martyrologe avec les autres Saints auxquels il se trouve naturellement uni, c'est-à-dire qu'il n'y sera point séparé des Compagnons auxquels l'unit un lien de consanguinité ou un motif d'affinité. Mais s'il ne leur est uni que par suite d'une occasion, c'est-à-dire parce qu'ils sont morts le même jour, alors il sera séparé de ses Compagnons et l'on fera sa Fête sous le rite qui convient. Que si ses Compagnons sont inscrits avec lui au Calendrier également sous le rite Double de Ire ou de IIe classe, ces Compagnons seront reportés au jour le plus proche conformément aux Rubriques, et cela sous le rite auquel ils sont inscrits au Calendrier ; mais s'ils sont inscrits sous quelque autre rite, on en fait ou bien on en omet la Mémoire, selon les Rubriques ci-dessus, dans l'Office même du Patron ou de l'autre Saint propre, comme il a été dit plus haut.

5 Si un Patron secondaire ou un autre Saint propre, selon ce qui a été dit plus haut, devant être célébré sous le rite Double, soit majeur, soit mineur, ou Semi-double, se trouve inscrit au Calendrier sous le rite Simple, on en fait la Fête sous le rite qui convient et on fait seulement

ratio intercedat, vel etiam si eodem loco, eodem tempore, eadem de causa vitam obierint, Patronus aut alius Sanctus proprius a Sociis non separatur, sed de omnibus simul celebratur Festum sub ritu qui Patrono aut Sancto proprio competat. Quod item fit si omnes qualibet de causa simul in Kalendario descripti sint sub ritu Duplici majori vel minori aut Semiduplici. In his tamen casibus Sancti proprii nomen et gesta, quæ sejuncta sint, in Oratione et Lectionibus II Nocturni nomini et gestis Sociorum præferuntur.

Mémoire de ses Compagnons, conformément aux Rubriques. Si pourtant il y a entre eux des liens de consanguinité ou des rapports d'affinité, ou encore s'ils ont quitté la vie en un même lieu, dans le même temps et pour la même cause, le Patron ou l'autre Saint propre ne sera pas séparé de ses Compagnons, mais on célébrera leur Fête à tous ensemble sous le rite qui convient au Patron ou au Saint propre. On fera de même si, par un motif quelconque, ils sont inscrits tous ensemble au Calendrier sous le rite Double, soit majeur soit mineur, ou semi-double. Néanmoins en ces cas, le nom et les actes distincts du Patron ou du Saint propre, seront placés dans l'Oraison et les Leçons du IIe Nocturne, avant le nom et les actes des Compagnons.

Imprimé par la SOCIÉTÉ St-AUGUSTIN,
Desclée De Brouwer et Cie, Bruges (Belgique). — 19115/7.